ſic de aliis humanã ratõem tran ſcendentib⁹ nõ intelligerẽt. nõ de bent ex hoc moueri: aut oĩno tur bari. tñ firmiter ⁊ fortiter ea cre dant ⁊ ipa ſucceſſiue quantũ eis ad ſalutẽ ſufficit ⁊ ſtatui eorũ com petit intelligent. Attendãt tales ꝙ ordo addiſcẽdi in humanis et ad intelligentiã ꝑueniẽdi hoc exi git vt diſcipuli a ꝑncipio magiſtri ſuis credant. et tũc poterint poſt ea ad creditorũ attingere intelli gentiã et ratõem. vt dicit Ariſto. ꝑmo priorũ. Et ex quo res ſic ſe h3 i humanis. quãto magis diſcipu los a mgr̃o deo de ſuꝑnaturali bus et cõmunem ratõem excedẽ tib⁹ erudiẽdos oportet a principio ſimpliciter ex ipius dei auctorita te credere. ⁊ cõſeq̃nter ad credito rum ratõem et intelligentiã ꝑue nire. Quod etiã Yſaias intẽdebat cũ dixit. Niſi credideritis nõ intel ligetis. Concludendo ergo di cimus ꝙ ieſus chriſt⁹ ille benedi ctus q̃ venit in noĩe dñi eſt verus deus et naturalis dei fili⁹. vt eſt i priori queſtione dictũ. quomodo ergo cõueniebat ſibi deſcẽdere de celis et venire in hũc mundũ. ſm ꝙ dicit Joh. iii. Nemo aſcẽdit in celũ niſi q̃ deſcendit de celo filius hoĩs qui eſt in celo. Et ad Ephes. iiii. Qui deſcẽdit ipe eſt q̃ et aſcen dit. Cum tñ deus ſit immutabil'. ⁊ omnib⁹ rebus ſit ſp ꝑſens. ipſo teſtãte ⁊ dicẽte ꝑ prophetã Hie remiã. xxiii. Ego celũ ⁊ terrã im pleo. Et in pſal. Si deſcẽdero ad infernũ ades. ⁊ Yſaie vlti. Celum mihi ſedes eſt ⁊ terra ſcabellũ pe dũ meorũ. Eſt rememorãdum ex dictis ꝙ duplex eſt natura in xp̃o ſcʒ diuĩa ⁊ hũana. Queſtio tcia. q

Venit ergo ex q̃ chri ſtus eſt deus quõ igit immutabil' deus et oĩb⁹ ſem ꝑ ꝑſẽs potuit deſcẽdere et ſic mu tari aut ad locũ venire in q̃ prius nõ fuit. Rñdet ſm intentõeʒ ma giſtri in tercio di. i. Et ſm ſanctuʒ Thomã i tcia ꝑte ſumme. q. lvii. Et dicit primo mõ ꝙ xp̃s in pri mo ſuo aduẽtu. i. in ſua incarnatõ ne nõ deſcẽdit de celo ſm ſuã na turã humanã. q2 alś habuiſſʒ na turã ſuã hũanã i celo ⁊ adduxiſſʒ eam ſecũ in terrã. qđ nõ eſt veruʒ. q2 ipe de nouo formauit eã in vte ro marie ſemꝑ virginis. et eaʒ ſi bi vniuit ac ypoſtatice copulauit. Scđo dicit ꝙ ipe deſcẽdit đ ce lo ſm ſuã naturã diuinã nõ ſic in telligendo ꝙ prius ſolũ ſm diui nitatẽ fuerit in celo. ⁊ ꝙ tũc in ſuo aduẽtu deſeruerit celuʒ et incepit eſſe inferius ſolũ in terra. hoc enĩ eſt abſurdũ cũ imutabil' ſit ⁊ rati one ſue imenſitatis neceſſario ſp exiſtat in omi re. Sed ſic ẽ intelli gendũ ipm ſm ſuã diuinitatẽ de ſcẽdiſſe. q2 ipe dei fili⁹ q̃ eſt infini te ꝑfectus. ⁊ optimũ ac ſuꝑmũ in entib⁹ ſe hũiliauit ⁊ q̃ſi inclinauit ⁊ inferiorauit cum pro nr̃a ſalute aſſumpſit naturã hũanam q̃ ſua creatura eſt. et q̃ſi cinis ac puluis in compatõe diuine maieſtatis ve raciter reputãda. Nõ eſt ille deſcẽ ſus fact⁹ ſm locũ aut ꝑ loci mu tatõem ſed ſm exinanitõnem. q2 cũ in forma dei eſſet formã ſui ac cepit ſm modum loq̃ndi apl'i ad Phil'. ii. Sic ergo dicit exinanit⁹ nõ ꝙ ſuã plenitudinẽ amitteret. ſed ex hoc ꝙ nr̃am paruitatẽ ſuſce pit. ita dicit deſcẽdiſſe de celo: nõ ꝙ celũ deſeruerit. ſed q2 ſua altitu R

do noſtrā naturā inferiorē ac terrenā aſſumpſit in vnitate pſōe ipſam in ſeipo exaltādo et dignificādo. Et eſt aliq̄ mō ſil'e ſic ſi pnceps potens in legitimā vxorē duceret filiā alicuius paupis ⁊ ignobilis ruſtici diceremꝰ eū deſcendiſſe et ſe quodāmodo inferiorasſe. cum tamē ante ⁊ poſt idē ſit et eque in ſe nobilis atq̄ potēs. Ita ergo intelligēdū ē dei filiū in hūc mūdū deſcēdiſſe. ¶ Q̄ āt dicitur miſſus eſſe in hūc mūdū hoc ſic intelligendū eſt q̄ dei filius q̄ prius cū ſolū fuit in natura diuina fuit ſemp īuiſibil' nobis ⁊ oculis noſtris corpeis eſt factus viſibilis ſenſibiliter pſens. et hoc per aſſūptionē hūane nature in qua cū hoībus corpaliter cōuerſatꝰ eſt in terris. propter qd dicit Aug. li. pmo de doctrina xpiana. Non p locoꝝ ſpacia veniēdo ſed in corpe mortali mortalibꝰ apparēdo venisſe ad nos dicit dñs. Et btūſ Ber querit dicēs. Quō veniſſe dicitur q̄ ſm diuinitatē ſemp vbiq̄ fuit. Rñdet dicens. Erat q̄dem i mūdo et mundꝰ p ipm factuſ ē ⁊ mūdus eū nō cognouit. Non itaq̄ venit in mundū q̄ abierat. ſed apparuit qd latebat. Unde ⁊ humanā in qua cognoſceret induit formā. q2 nimirū in diuīa natura inhabitat lucē inacceſſibilē. nec ſane inglorīu erat maieſtati apparere in ſilitudine ſua quā fecerat ab initio. Nec indignū fuit aliq̄bus in ſubſtātia ſua agnoſci. ñ potuit cognoſci in imagine apparere vt q̄ fecerat hominē ad imaginē et ſili tudinē ſuā ipe innoteſceret hominibus factus hō. Et mgr dicit in tercio di. j. Miſſio filij dei intelligenda eſt ipius incarnatio. eo em̄ miſſuſ eſt q̄ humanitatē aſſūpſit in qua mūdo viſibil'r apparuit. Sic ergo patet q̄ de celo deſcendit dei filiꝰ et venit in hūc mūdū non quidē p loci mutationē: ſ3 p ſue altitudinis inclinatōem in aſſumptōe noſtre puitatis. ⁊ p exhibitionē ſue pſentie viſibiliter i aſſumpta natura. Ut ergo tāti bñficij grati ſimus ſtudeamus freq̄nter et maxime in hoc ſacro tēpore circa hunc tāti regis aduentum aīo occupari. crebro nr̄a meditatio verſet circa aduentū tante maieſtatis ad nr̄am humilitatē. ⁊ circa tantā noſtre puitatꝭ p hūc chriſti aduentū exaltationē et dignificatōz. et hoꝝ meditatio nos excitet ad amorē tanti benefactoris. et ad reddendā ſibi grāꝝ poſſibilē actōnē. vt p hoc mereamur conſequi finalē fructū huiꝰ aduētus. ſ. vitaȝ eternā. Quā nobis cōcedere digneꝫ ideȝ dñs ⁊ ſaluator noſter ieſus chriſtus. q̄ cū pr̄e et ſpūſancto viuit et regnat vnꝰ deꝰ in ſecula benedictus Amen.

## Dñica ſecunda aduentus Sermo tercius.

Benedictuſ qui venit in noīe domini. Matth. xxi. Querit q̄ q̄rto. Que ſit cauſa pfidie iudaice cū tamen ſcripture veteris teſtamenti q̄s ipi eciā recipiunt tā clare veritatibus catholicis teſtificent. et maxime de chriſto ieſu quo ad aduentū et pſonam. Cuiꝰ

etiā modū naſcendi: conuerſandi moriēdi: reſurgendi: ad celos aſcē dendi et legem ſuā publicādi cla riſſime atteſtant omnes ſcripture legis et prophetarū que ꝺ meſſia p̄dicte fuerūt. et omnes figure le gales et hyſtoriales. quas om̄es adducere eſſet nimis longū. ⁊ inſup tanta eſt cōſonantia ſcripturarū veteris teſtamenti ieſu chriſti et geſtoꝝ eius et ſuoꝝ. et tā pūctualis ꝙ vix poteſt maior conſonātia cogitari. Nec ſolū ſcripture ſacre his atteſtant ſed et gentilium propbetiſſe. quaꝝ vna famoſiſſima ad phos et poetas ī libro ſuo expoſitorio cuiuſdam viſiōis ſeu ſomnij. quod plures ex ſenatu romanoꝝ viderunt ſinguli vna nocte expreſſe dicit. In diebus illis exurget virgo de genere hebreorū noīe maria. ⁊ ꝑcreabit ex ea ſine cōmixtiōe viri fili⁹ dei nomine ieſus. Et conſeq̄nter totum ꝓceſſum chriſti tangit et totā prophetiā ponit autor de cauſa dei. libro primo. caplo. xxij. Adducit etiam ibidem quandam aliā ſybillam que fuit circa aduentum chriſti. Recitat quoqꝫ idem de quodā alienigena olim mortuo. cuius ſepulchrū fuit in conſtantinopoli caſu effoſſum. qui ꝑ ſcp̄turam in lamina aurea iuxta ſe poſitam ſic ait. Chriſtus naſcet ꝺ virgine maria et credo in eū. Multa alia gentiliū teſtimonia adduxit p̄dictus auctor que trāſeo cauſa breuitatis. De hac igit queſtione cogitaui ꝓnūc loq̄ Rogem⁹ ⁊c̄

N Ex iudei in ſua pertinacia ſtant auerſi a fide et catholica veritate. Cui⁹ Nicola⁹ de lyra in fine queſtionis ſolēnis quam fecit de probabilitate veritatum catholicarū ex ſcripturis veteris teſtamēti tres ponit cauſas quib⁹ addende ſunt adhuc alie tres.

¶ Prima etenim cauſa propter quam ſm eum multi iudeorum auertuntur a fide eſt timor penurie temporalis. Sunt enim ⁊ fuerunt ſemper valde cupidi. et ī lege eorum frequenter promittit abundantia temporaliū. quod ipſi ſolum litteraliter intelligunt. ⁊ ideo ſupra modū abhorrent huius contrariū. ſcilicet temporaliū penuriam. ¶ Secunda cauſa eſt quia a cunabulis nutriunt in odio chriſti et legis chriſtiane. Et vt dicit ipi omni die chriſticolis maledicunt in ſynagogis ſuis. illa autem ad que homines ſūt aſſueti a puericia illa ſunt eis quaſi in naturam conuerſa. et per conſequens fortiter auertūt intellectum a ſibi contraria veritate.

¶ Tercia cauſa difficultas et altitudo eorum que in fide catholica credenda proponunt. ſicut trinitas perſonarū in natura diuina ī vna chriſti perſona. ⁊ ſacramētuꝫ euchariſtie. que eorum carnales intellectus nullo modo poſſunt capere. et ideo reputant nos tres deos adorare. credere et colere. et in ip̄a eccleſia ſacramentū euchariſtie. Iſti deliri putant nos panem adorare. et ſic peſſime ydolatrare. ſicut per experientiā cognouerunt. qui cum eis de talibus contulerunt. Pro talibus igitur a fide catholica peruertuntur. et plures iā baptizati ad vomitum reuertuntur.

Pro declarãda q̄rta cauſa ſue ꝑfidie eſt notandum ꝙ licʒ vt p̄/dixi q̄druplex ſit xp̄i aduēt⁹. duo tamen illoꝝ ſunt principales. de quibus etiā ſcripture freq̄nter loquunť. Primus eſt in hunc mūdū. cū ſcʒ humanā naturā aſſumpſit. ꝛ in ea inter hoīes viſibiliter cōuerſatus ē. de q̄ p̄dixi in p̄cedē/ti ſermōe. ꝛ ille eſſe debuit in pauꝑtate hūilitate et paſſione. vt po/ſterius declarabo. Secūd⁹ erit ad iudiciū finale. de quo loquitur euāgeliū hui⁹ dn̄ice ſecunde. ꝛ ille aduentus erit in ptāte magna et virtute. De hoc aduentu loquiť Dan̄. vij. ca. dicēs. Ecce cū nubib⁹ celi quaſi filius hoīs veniet ꝛc̄. Et dicit notanter [cū nubibus celi] Sicut em̄ chriſt⁹ aſcēdit in celuʒ ſm humanitatē obſeq̄o nubium ita etiā veniet ad iudiciū. vt habetur Actuū. i. vbi dicit. Hic ieſus q̄ aſſūpt⁹ ē a vobis i celū ſic vēiet ꝛc̄. Dicit propheta notāter [quaſi filius hoīs] quia chriſt⁹ nō ſolū ē filius hoīs ſed plus eſt etiā filiuſ dei. Et ideo ſubdiť. [ꝛ vſq; ad an/tiquū dieꝝ ꝑuenit] id ē ad equa/litatem dei patris ſm naturā di/uinā [et dedit ei poteſtatē] q2 tūc omnia erāt plene ſubiecta chriſto vt habeť ad Hebre. ij. Sequiť [ꝛ honorē et regnū. et omnes populi tribus et lingue ipi ſeruiēt. ꝛ poteſtas eius poteſtas eterna q̄ nō auferet. et regnū ei⁹ quod nō corrūpeť] quia regni ei⁹ nō erit finis vt habeť Luce. i. De h̄ ſc̄do aduē/tu loquiť etiā Iſa. xxx. c. dicēs. Et erit lux lune ſicut lux ſolis. ꝛ lux ſolis erit ſeptēpliciter ſicut lux ſeptē dieꝝ in die in qua alligauerit dn̄s vulnus populi ſui. et ꝑcuſſurā plage eius ſanauerit. Tunc in finali iudicio mūdus renouabiť et meliorabiť ad augmentū glo/rie beatoꝝ. qui in elementis ꝛ corporibus celeſtib⁹ melioratis videbunt clarā relucentiā diuine ꝟtutis et bonitatis. ſm illud Sapīe xiij. A magnitudine ſpeciei ꝛ creature cognoſcibiliter poterit eoruʒ creator videri. Decor autē corpo/rū celeſtiū maxime cōſiſtit in luce ꝛ ideo tūc augebiť. ꝛ hoc eſt qđ dicit ꝓpheta. Et erit lux lune in die qua alligauerit dn̄s vulnus po/puli ſui. q2 ſancti tūc reſurgent in corꝑibus glorioſis ab omī corruptiōe et penalitate liberi. Iſte xp̄i aduentus erit in vltimo die ſecl'i qui in ſcripturis vocať dies mag̃ ꝛ terribilis. Unde Malachie vltimo. Ego mittā vobis helyā anteq̄ȝ veniet dies dn̄i magn⁹ ꝛ ter/ribilis. Helyas eniʒ et enoch ad hoc reſeruanť in vita vt p̄dicent contra ꝑfidiā antixp̄i ante diē iu/dicij Et Iohelis. iij. dicit. Sol cōuertetur in tenebras. ꝛ luna ꝟteť in ſanguinē anteq̄ȝ vēiat dies domini magnus et terribilis. Et q̄a iudei nō ſciūt diſtinguere illū du/plicem chriſti aduentū propť qđ multipliciter circa hoc errāt. ſcri/pturas enī p̄dictas et alias ſimiles ꝑtinentes ad ſecundū chriſti aduentū. ſcʒ ad finale iudicium. i/telligunt de primo eius aduentu ſcʒ in carnem. Et propter hoc cuʒ ea que hmōi ſcripture promittūt ventura in aduētu ad iudiciū vident nōdum impleta credūt chriſtū nō veniſſe in carne. Si autem duplicem chriſti aduentū diſtin/guerēt. et cuilibet aduentuū ſcp̄turas que đ eo loquūť approbarēt

clare viderent chriſtū dudū veniſſe in carne. et nobiſcū expectarent ei⁹ aduentū ad iudiciū finale. Hec eſt ğ q̄rta cā pfidie iudaice. et p̄ncipaliter eſt vnū quod facit ipſos iudeos circa chriſti aduētū grauiť errare. ¶ Quintū p̄ncipale quod iudeoſ errare facit circa meſſiā et aduentū ei⁹ ac ſtatū eſt ꝙ credunt venturū eū i mūdū regē potētiſſimū et tpaliter regnaturū qui eis reſtituet regnū iſrael. et obtinebit monarchatū mūdi oībꝫ populꝰ ſue ditioni ſubiectis. ⁊ qꝛ vident ꝙ hoc nō ē in chriſto impletū. iō dicunt ip̄m nō eſſe meſſiā. Sed h̄ ipſorū dictū eſt manifeſte error ⁊ clare ꝯtra ſtatuta ſcripture veterꝫ inuentionū. qꝛ licꝫ aduētus ſecūdus vēturus ſit in magna ptāte vt fuit iam clarificatū p ſcripturaſ predictas aduentus p̄mus veri meſſie ſm ſcripturas prophetarū eſſe debuit ⁊ nūc fuit nō in ptāte ⁊ dominio tpali ſed in hūilitate paupꝑtate ⁊ paſſiōibꝫ contēptibꝫ ⁊ morte. ¶ Quod em̄ i paupꝑtate eſſe debuit ⁊ modo fuit chriſti p̄mus aduētus ptꝫ Zacharie. ix. Exulta ſatis filia ſyon. iubila filia hieruſalē. Hoc impletuꝫ eſt in xp̄o quādo veniēs hierl'm ꝓpe paſſionē fuit receptus ad ciuitatem ⁊ templū cū gaudio ⁊ exultatiōe populi. Subdit ꝓpheta. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus et ſaluatoꝛ. ſaluaturus em̄ erit nos ⁊ nūc ſaluauit p viā iuſticie ſeip̄m morti offerēdo. Et ip̄e paup. Chriſtus ei dn̄s a p̄ncipio natiuitatꝫ ſue vſqꝫ ad mortē paupꝑrimā duxit vitam. vt ptꝫ ex decurſu euāgelioꝝ. Uoluit enī ſuo exēplo nos docere cōtemptū mundanoꝝ ⁊ amorē celeſtiū. propť hoc ip̄e pauper fuit i tēporalibus ſed ditiſſim⁹ in ſp̄ualibus. qꝛ datus eſt ei ſp̄ūſ nō ad menſurā. Johā. iij. Et ſeqtur. Sedens ſup aſinā. Et illud impletū ē i die palmarū vt patꝫ Mat. xxi. ¶ Quod autē chriſt⁹ in p̄mo ſuo aduentu. ſ. in illū mundū debuit nō dn̄ari tpaliter ſed pati: cōtemni et mori ꝓ peccatꝫ nr̄is ptꝫ clariſſime Iſa. liij. vbi ꝓpheta loq̄ns de chriſto et ei⁹ paſſiōe dicit. [Quis credidit auditui noſtro et brachiū domini cui reuelatū eſt.] Et poſt pauca exp̄mit ignominiā chriſto illatā cū dicit. [Nō eſt ſpecies ei neqꝫ decoꝛ.] q̄uis ei ſm ꝺitatē xp̄s ſm hūanā naturā fuerit ſpecioſus forma p̄ filijs hoīm. pſal. xliiij. tamē illa ſpecioſitas fuit in paſſiōe eius deturpata alapis in facie ei⁹ inflaturā ⁊ liuorē cauſantib⁹. et ſputis eā defedantibꝫ. Poſtea exp̄mit ꝓpheta ei⁹ contēptū et abiectōnem cū dicit [Nos] .ſ. iudei. et cō ūerat ſe propheta iudeis eo ꝙ eſſet d̄ populo eodē [reputauim⁹ eū quaſi leproſum] .ſ. vilē et abomiabileꝫ ad modū leproſi. [et reputauim⁹ eū pcuſſuꝫ a deo et hūiliatū] .ſ. propť peccata ſua propria. imputauerūt enī ſibi iudei ꝙ haberet demoniū ⁊ pūerteret populū ⁊ cetera multa vt patꝫ in euāgelijs. Tercio exprimit paſſionē eius et cām paſſiōis. ⁊ fructū cū dicit [Ip̄e aūt vulnerat⁹ eſt propter iniq̄tates noſtras] Quaſi di. Nō ſicut iudei putabāt paſſus eſt ꝓ ſuis proprijs peccatꝫ qꝛ vt poſteri⁹ dic ꝓpheta. Ip̄e peccatū nō fecit nec inuent⁹ eſt dolus in oꝛe ei⁹. ſed ꝓ nr̄is expiādis vulneratus eſt. ⁊ ſequiť. [Om̄es quaſi oues errauimus. et dn̄s i eo poſuit iniq̄tates omniū noſtrꝝ] .i. pe

nam pro iniquitatib9 omniū noſtrū expiandis .ſequit̄. [Et oblat9 eſt] ſcꝫ ad paſſionē et ad mortem. [quia ipē voluit] .ſ. obedientiā patris ⁊ ꝓ liberatōe generis hūani. et cetera multa ponunt̄ ibidē exprimentia meſſie contemptū ſpretū paſſionē et mortē. Item de chriſti paſſione et morte ponit̄ etiam Daniel. ix. vbi dicit̄. ꝙ poſt hebdomadas ſeptē et hebdomades ſexagintaduas. ſ. in medio .lxx. hebdomadaꝝ occidet̄ chriſtus. ⁊ nō erit popul9 qui eū negatur9 eſt. Ex quibus clare patet ꝙ meſſias ſ̄m ſcripturas nō erat regnatur9 temporaliter in p̄mo ſuo aduentu vt iudei male expectāt. ſꝫ ventur9 erat et ita venit in pauptate . hūilitate paſſiōe et morte vt ſic ſaluū faceret populū ſuū a peccatis eorum.

¶ Sextū qđ eos errare facit circa meſſiam et circa eius aduentuꝫ et ſtatū eſt ꝙ omnia q̄ ſcriptura vet9 ꝑ meſſiam fiēda predixit illi carnales hoīes credūt vltimate carnaliter ⁊ corꝑaliter adimplēda in bonis hui9 tp̄is exteriorib9. ſ. diuitijs honoribus delicijs ⁊ dominijs. ⁊ cū talia nōduꝫ videāt ſic corꝑaliter impleta ꝑ chriſtū dn̄m dicūt ipſuꝫ nō fuiſſe verū meſſiam . Et ī hoc ſe valde excecant a vero ſcripturarū intellectu. quē ſi cape vellent clare noſcerent ī primo chriſti aduentu oīa impleta eſſe que de eodē primo eius aduētu in lege et prophetis fuerūt pronūciata. et crederēt nobiſcū oīa alia in ſcđo aduentu. ſ. in finali iudicio adiplēda. Ubi em̄ ſcriptura ꝓphetica loquit̄ đ meſſia ⁊ liberatōe populi ſui ipi intelligūt de eoꝝ liberatōe de captiuitate romana in qua nūc ſunt et fuerūt fere ꝑ .j500. annos: et qua diſꝑſi tenent̄ ꝑ totum mūdū. Cum tn̄ ſcriptura intendat liberatōem hūani generis a peccatis q̄bus homies a diabolo captiui tenebant̄. ⁊ a damnatione eterna cui9 ꝑ peccato erāt debitores: a q̄b9 liberari debuerīt ꝑ meſſie paſſionē et mortē. vt patꝫ Iſa. liij. Et ſtatim ante declaratuꝫ eſt. Et vbi ſcriptura mentiōeꝫ facit de reedificatōe hieruſalē et de templo materiali: que vt dicūt reedificabunt̄ in aduentu meſſie ⁊ illic cōgregabunt̄ oēs iudei quocūqꝫ fuerint diſꝑſi. Sed ſi aduerterent bene ⁊ intelligere vellēt clare inuenirent ꝙ ſcripture ibi loquunt̄ nō de materiali ciuitate hieruſalē aut de templo materiali. ſed de ſpūali. ſcꝫ de eccl̄ia fideliū que edificat̄ a chriſto ex viuis lapidibus. ſ. ex fidelib9 q̄ in p̄ſenti cōpaginant̄ ꝑ gratiā et in futuro ꝑ gloriā. Ex autē huiuſmodi ſcripture veteris teſtamenti loq̄ntes de reedificatōne hieruſalē ⁊ templi in Iſa. lx. ca. ſui libri. poſtq̄ꝫ em̄ multa dixit de reedificatiōe hieruſalē quaſi ponēs ꝓpe finē capituli alloquens hieruſalē de q̄ ſibi ſermo ē. Quod vtiqꝫ nō poteſt intelligi de ciuitate terrena ⁊ materiali. quia oīs talis ſꝑ ſubiecta ē curſibus ſolis et lune ac ſiderum. Sed erit tibi dn̄s in lucē ſempiternam. Non occidet vltra ſol tuus. et luna tua nō minuet̄. q2 dn̄s erit tibi in lucē ſempiternā. Per quod innuit̄ ꝙ dn̄s qui erit lux illius ciuitatis videbit̄ ibi in ſempiternū. qđ nō poteſt eſſe in terris ⁊ in hac vita cū ſcriptū ſit. Nō videbit me hō ſ̄m diuinitatē et viuet. Oportꝫ igit̄ ꝙ illa intelligant̄ de hieruſalē ſpūali ꝑ illā materialē deſignata.

ſcꝫ de eccleſia catholica ſcḋm ſtatum quem habet ⁊ habebit in celo. De qua dicitur Apoca.xxi. Ciuitas illa n̄ eget ſole neqꝫ luna vt luceāt in ea. ſed claritas dei illuminabit eam. Itē in eodem ca. dicit. Non audietur vltra iniqtas in terra tua. vaſtitas ⁊ cōtritio in finis tuis. qḋ iterum eſt propriū vite eterne in qua ſola nullū eſt peccatū. nec eſſe poteſt aliqḋ malū cū nullus illuc hoſtis poſſit accedere. Et prope finē capituli dicitur. Popul⁹ autē tuus oēs iuſti in ꝑpetuū terrā inhabitabūt. qḋ nō poteſt cōpetere ciuitati terreſtri. qꝛ in nulla ciuitate fuerūt aut vnquā erūt iuſti omes. ſed ſolū in patria celeſti poteſt hoc inueniri. in q̄ poſt finale iudiciū erūt omnes iuſti qui fuerūt a principio mōdi vſqꝫ ad finē eius. et illi erūt popul⁹ dei q̄ in ꝑpetuū hereditabūt celeſte regnum quod proprie dicitur terra viuentiū. qꝛ ibi eſt vita ſine morte. et omne bonū ſine omni malo. Similiter Ezech.xl. propheta deſcribit edificatōnem ciuitatis hieruſalē ⁊ templi mirabilē. q̄ nō pōt intelligi ad lr̄am de ciuitate materiali aut tēplo. ſed oportet intelligi ſub metaphora de domo et ciuitate celeſti. Quod patꝫ. qꝛ dicitur in fine Ezechiel. Et nomē ciuitatis ex illa die dn̄s ibidem amen. quod proprie cōuenit ciuitati celeſti. in q̄ dn̄s dicitur ſingulariter eſſe propter effectū excellentiſſimū. ſ. eternā beatitudinē quā ipſe cauſat in mentibꝰ oīm beatorum. Item hic introducitur ſpūalis intellectus ſcripture poſite Iſaie.xi. vbi dicitur. ꝙ in diebꝰ meſſie habitabit lup⁹ cū agno. Hoc eni͂ impletū eſt in xp̄i p̄mo aduētu ⁊ in eccl'ia primitiua. vbi lup⁹. i. q̄ pri⁹ fuerat rapax et ſeuer⁹ iā ꝯuerſus habitat cū agno. i. cū innocēte et māſueto. q̄n tūc cūqꝫ ei hoīes fuerūt pri⁹ diſcordes in actibꝰ moribꝰ et fide et mō viuēdi recepta fide ⁊ gr̄a ſpūſſancti fiebāt cōcordes in actibꝰ moribus et fide et mō viuēdi. Et ſic itelligitur de aliis hmōi ſcripturis q̄ recte intellecte clare inueniuntur in oībus cōſonare dn̄o ⁊ ſaluatori nr̄o ieſu chriſto q̄ cū p̄re ⁊ ſpūſcō viuit ⁊ regnat Amen

## Dominica tercia aduentus.
### Sermo quartus

**Benedictus** qui venit ⁊c. Quinta queſtio eſt q̄re bn̄dictus ille ſic venerit in mundū. id ē q̄re ſit incarnat⁹ ſiue q̄ ſit illi⁹ cauſa R Pro illo notandū ꝙ deus a principio p̄mos pentes fecit rectos innocētes et ꝑfectos ſine defectibꝰ corꝑis et aīe. et dedit eis cognitionē ſufficiētē bōi et mali. agēdorum et imitandorum. et ſufficiētē virtutem ad ſtandū ⁊ i innocentia ꝑſeuerādū Scḋo notādū ꝙ deus dedit etiā tūc hoī libtatē arbitrii. ⁊ adiecit ei p̄ceptū obediētie. ſ. ne comederet de fructu ſcie boni ⁊ mali. nō qꝛ ſic de⁹ dilexerit illū fructū. ſꝫ vt hō ſe exerceret i obediētia dei ⁊ obſuātia mādatorum ei⁹. ⁊ ꝑ talē obediētiā p̄dicta bōa ſibi p̄ncipaliter data n̄ ꝑderet. atqꝫ vt ꝑ meritū obtiēret bōa futura ſibi ꝓmiſſa. ſ. bona patrie celeſtis ad quā cū dn̄o placuiſſꝫ fuiſſꝫ ſine morte trāſlat⁹ ipſe ⁊ oīs poſteritas ſua vt ibi celeſti ⁊ eternō bono ſibi in celis p̄pato ꝑpetue fruerentur. vt dicit magiſter i ſecūdo. di. xxi. Per tranſgreſſionē vero p̄cepti dī ſpoliarentur plimis bōis

ſibi a deo collatis ꝛ cū tota poſte/
ritate ſua icurreret mortē. ꝛ mľtoſ
alios defectꝰ corpis et aie. et pri/
uaret btitudine. et miſeriā incurre
ret ſempitnā. niſi ipe aut aliqs fili
orū ꝑ illa inobediētia ꝛ pctō com
plete ſatiſfaceret deo. ¶ Tercio no
tandū ꝙ diabolꝰ fuit ante hoīem
creatus. qꝛ prima die q̄ fuit domi/
nica creauit deus celū et terrā ꝛ an
gelos vt fuit ſuperiꝰ dictū i die ſā
cti michaelis. Et eodē die aliq an/
geli corruerūt et facti ſunt diabo/
li. Sexto vero die creatꝰ eſt hō. et
qn̄ diabolꝰ vidit ꝙ hō potuit per
hūilitatē obediētie aſcēdere in celū
vn̄ ipe diabolus ꝑ ſupbiam cor/
ruerat. ꝛ ſic potuit mereri btitudi
nem quā ipe diabolus amiſerat.
tūc ei inuidebat. ꝓpter quod venit
mox in ꝑadiſū ꝛ in ſpecie ſerpentꝭ
eū ibi de triplici pctō temptauit. ſ.
de gula. ſupbia ꝛ auaricia. Et vt di
cit mgr̄ in. xxj. di. ſecūdi. Prio tem
ptauit mulierē tanq̄ꝫ inferiorē ꝑtē
hūane nature. et in q̄ minus q̄ꝫ in
viro nouit rōem vigere. et mulie/
re victa ꝑ ipam tēptauit et virum
ꝛ eā i adiutoriū aſſūpſit. et ſic vtrū
qꝫ parentē in peccati cōſenſum at/
traxit. Pro q̄ pctō et i penā mox
ſpoliati ſunt originali iuſticia ꝛ mľ
tis bonis q̄ pro ſe et ꝑ tota eorum
poſteritate receperūt. ꝛ cū omi hu
mano genere puniti ſunt multis
defectibus q̄s experimur in corpo/
re et aīa. quoꝝ nullꝰ fuiſſꝫ i nobis
ſi ꝑentes nō peccaſſent ſed ſꝑ i in/
nocentia ꝑſtitiſſent. et inſuꝑ toti
hūano generi clauſa ē ianua regni
celorū. qꝛ deus decreuit nullū ho
minē intromittere ad regnū celo/
rū niſi ſibi plene ſatiſfieret de pctō
illo ꝛ de pctīs totius generis hūa
ni in ſui initio. et eius lapſū grauiſ
ſimum in prothoplaſtꝭ. S
Quarto dico ꝙ vt dic̄ Anſ. primo
Cur deus hō. c. xxi. Ideo ꝑ tota cre
atura poſſibili ſeruāda nō debuit
mādata dei trāſgreſſus fuiſſe nec
peccaſſe: ꝛ ideo nō pōt aliqs ſatiſ/
facere de peccato plene niſi plꝰ red
dat deo q̄ꝫ ſit tota creatura poſſi/
bilis vel omne id ꝑ q̄ peccare n̄ de/
bebat. ꝛ conſtat ꝙ hoc nihil eſt niſi
deus. Oportuit ergo hoīeꝫ diuinā
naturā vel ꝑſonā dare deo ad ſatiſ
faciendū ꝛ ad debitū ꝑſoluenduꝫ.
Et quia illā diuinā ꝑſonā ex ſe ha/
bere nō potuit. ideo filiꝰ dei incar/
natus ad h̄ eſt ſibi datꝰ. Et iteruꝫ
Anſ. ibid. Satiſfacere ꝑ humano
genere purꝰ deus nō debuit ꝛ pu/
rus hō nō potuit. nec alia q̄cunqꝫ
creatura ſuffecit. Ne ergo hūanuꝫ
genꝰ ad btitudinē creatū totū peri
ret et ſuo fine tota ſpecieſ hūana ꝓ
uaret factus eſt deꝰ hō. et pro no/
bis cōpletiſſime ſatiſfecit cū ſe ob/
tulit deo patri ꝑ ſalute mūdi. ꝛ ip
ſe meliorē omi poſſibili creatura.
¶ Quādo ergo q̄rit quare ille bn̄
dictus venit in mūdū. i. q̄re incar/
natus eſt. ꝛ que ſit huiꝰ cauſa. Rn̄
det ꝙ ideo vt pro oim hoim pec/
catis ſatiſfaceret ſua paſſiōe ꝛ mor
te. ꝛ ſic a nobis mala culpe ꝛ dāna
tōis ꝑpetue remoueret. ꝛ nobiſ vi
tā eternā mereret. Et ſic ſolū pro/
pter nos et propter nr̄am ſaluteꝫ
deſcēdit de celo. Propter qđ dic̄
Lu. xix. Venit filius hoīs querere
ꝛ ſaluū facere qđ ꝑierat. ꝛ ad Gal.
iiij. Miſit deus filiū ſuū natū ex
mľiere factū ſub lege vt eos q̄ ſub
lege erāt redimeret vt adoptōeꝫ fi
lioꝝ dei reciꝑemus. Et Augꝰ. ſuꝑ
Job. dicit. Nulla cā veniēdi erat. n

chriſto dn̄o niſi peccatores ſaluoſ
facere. tolle morbos: tolle vulne/
ra. ⁊ nulla eſt cauſa medicine. Ue
nit ergo de celo magnꝰ medicus. qꝛ
ꝑ totū mūdū iacebat egrotꝰ. Ge/
nuſ em̄ humanū totū perierat ex
quo peccauit vnus homo in quo to
tū erat. Uenit igit̄ vnus ſine pec/
cato qui ſaluos faceret omēs a pec
cato nō enī de celo adduxerūt meri
ta noſtra. ſ; peccata. Hec ille. ¶
Ex dictis habemꝰ primo ꝙ pecca
tū primorū parentū fuit cā deme/
ritoria omniu; illorū defectuum
quos patimur in corꝑe ⁊ aīa. quo
rum nullus fuiſſ; in toto genere
humano ſi nullꝰ homo peccaſſet
¶ Scd̄o habemus ꝙ ꝑ inobediē
tiā ade ⁊ eue om̄is eoꝝ poſteritas
facta eſt obnoxia. qꝛ om̄es naſci/
mur filij ire. vt dic̄ apl's ad eph. ij.
Om̄s ei ꝯcipimur ⁊ parimur ī pec
cato originali. qd̄ nos ſeꝑat a reg̃
celoꝝ niſi chriſti gr̄a nobis ſub/
ueniat. et ꝓpter fomite; peccati et
multiplicē corruptōe; ex origie cō
tractā ſic inclinamur ad mala et
ſumus tardi ad bona: ꝙ ꝑ vitam
noſtram multa adijcimus ꝓpria
peccata ꝑ que meremur penā dāna/
tionis eterne. ¶ Tercio habemus
ꝙ deus ꝓpter peccatū primoꝝ pa
rentum ꝑcluſit omni homini qui
ab adā deſcenderat ꝑ viam ꝓpa/
gationis aditū regni celeſtis. qꝛ n̄
voluit aliquē admittere ad gau/
dia celi niſi ſibi plene ſatiſfieret ꝓ
peccatis. qd̄ tamē nullꝰ purꝰ hō
facere potuit nec aliq̄ creatura. ſ;
ſolū ille qui eſſet deus et hō. In quo
conſiderare debemꝰ rigorem ⁊ ſe
ueritatē diuine iuſticie cui ita diſ/
plicēt peccata ꝙ ꝓ eis tātā exiget
ſatiſfactionē q̄ntā nō potuit exhi
bere pura creatura. ſ; tm̄ dei filiꝰ
deus et hō. ꝑ quā ſeueritatē diuīe
iuſticie et p̄cioſitatem precij ꝓ pec
catis noſtris ſoluti merito indicat̄
nobis maior neceſſitas immunē
ſe tenendi a peccatis ſc̄m illud p̄/
me ad Chorin. vi. Empti eſtis pre
cio magno. glorificate et portate
deū in corpore veſtro. ¶ Quarto
habemus ꝙ cū hō nō habuit vn
de ſatiſfaceret ꝓ peccatis ⁊ ſe redi
meret a malis deus dedit ſibi ſa
tiſfactorē. ſc; ieſum chriſtum filiū
incarnatum. qui in hūana natura
ſua paſſione ⁊ morte pro noſtris
peccatis ſatiſfecit ⁊ nos liberauit.
qꝛ nobis ꝑ illa meruit ꝙ baptiſ/
mus tollit a nobis pctm̄ origina
le quod excludebat a regno dei. et
meruit ꝙ contritio delet actualia
pctā que ex ꝓpria volūtate ꝯmiſi
mus. Ex em̄ nūc ꝑ contritōem di
mittunt̄ nobis peccata actualia:
illd̄ nō eſt ī virtute et bonitate ip
ſius ꝯtritionis in ſe. ſed ē ex meri
tis chriſti. Ille em̄ nobis meruit
ꝙ cū in fide ſua deteſtamur pctā.
ꝓpter hoc qꝛ ſūt cōtra deū ⁊ volu
mus poſteriꝰ cauere de peccatis.
ne ꝑ ea deū offendamus tūc deꝰ
trinitas nobis dimittit propter
filiū dei qui nobis illud meruit ꝑ hoc
ꝙ ſeipm̄ in mortē obtulit ꝓ pec/
catis illis. ſic et pro peccatis toti/
us mundi. ¶ Similiter ꝙ
oꝑa noſtra bona ex charitate fa/
cta ſunt apud deū meritoria vite
eterne illud nō eſt ex bōitate ope
rū noſtroꝝ in ſe. cū vita eterna ī
compabiliter melior ſit q̄; opera
noſtra. ⁊ eſt eterna. nr̄a vero ope
ra q̄ſi momentanea. ſed eſt ex xp̄i
meritis. Ille enim nobis meruit
ꝙ cum in fide et dilectione eius

facimus aliqđ bonuꝫ opus. tūc deꝰ trinitas vult dare nobis ꝓpter merita christi eternū pmiū in celo: incōpabiliter melius q̄ꝫ ſit opuſ nr̄m Jn q̄ cōſiderare debemꝰ maximā dei largitatē ꝛ miſericordiā qꝛ cū nō hēremus vn̄ ſatiſfacere/ muſ ꝛ nos libaremꝰ: ipe miſicors deꝰ ſuū filiū natalē ꝛ ſibi ꝑ oīa coequalē nobis dedit et ſic dei filiꝰ ſeipſū nobis dedit in ſatiſſactorē Propter h̄ venit in mūdū. i. ꝓpter h̄ humanā naturā aſſūpſit. quod marie largitatꝭ ꝛ miſericordie fuit Vn̄ Anſ. vbi ſup̄ Quid gtiꝰ aut miſericordiꝰ eē aut intelligi valꝫ q̄ꝫ vt pctōri eterne pene debitori. ꝛ vn̄ ſe redimat non hn̄ti dicat deus pr̄. Ecce filiū meū. accipe eū et da ꝓ te. ꝛ filiꝰ dicat. tolle me ꝛ redime te. Et Bern̄. ſer. j. de aduētu dicit Quis dubitet magnū aliq̄d in cauſa fuiſſe. vt maieſtas tanta de tā lōginq̄ in locū tā idignū deſcēdere dignaret̄. plane magnum aliqđ qꝛ ex pte ſua fuit mīa mag̃ qꝛ miſatō ml̄ta. qꝛ caritas copioſa. Et pōt addi q̄ ex ꝑte nr̄i fuit neceſſitas mag̃. idigētia ml̄ta. ꝛ mīa nimia ¶ Hūc aduētū filij dei ī carnē ſcī pr̄es vet̄is teſti pūiderūt. ꝛ ipꝫ toto corde deſiderabāt. ꝓpter qđ bn̄dicto dei filio cuꝫ mag̃ deſiderio dicebāt illđ ps. Dn̄e inclina celos t. ꝛ deſ. Et illđ. Dn̄de nob dn̄e faciē t. ꝛ ſal. e. Et illđ Yſaie. lxiiij. Vtinā diſrūperes celos ꝛ deſcēderes. Et illud etiā Yſaie. xlv. Rorate celi deſup ꝛ nubes pluāt iuſtū apiat̄ terra ꝛ germiet ſaluatorē. Et ml̄ta ſil'ia quibꝫ libri eoꝝ pleni ſūt. Et Auguſ. in. j. ſer. de puriſi. Jntelligite fr̄es q̄le deſiderium babuerūt ſcī videre chriſtuꝫ ſciebāt em̄ illū eſſe vētuꝝ Et omeſ q̄ pie viuebāt dicebāt. O ſi me inueīat illa natiuitas. O ſi qđ credo videā ocl'is meis. Et qđ de ſene ſymeone dicat. Ex ſuſpirādo q̄tidie dicebat in orōnibꝫ ſuis. Qn̄ veniet. qn̄ naſcet̄. qn̄ videbo. Putaſne me h̄ inueīet Putas durabo Putas iſti ocl'i videbūt eū ꝑ quē cordis ocl'i reuelabūt̄. Et pmiti fideles noui teſtamēti q̄ hunc aduentū de ꝓpinq̄ ſecuti ſunt. in q̄bꝫ adhuc vigebat caritas ex vicinitate aduētꝰ ꝛ paſſiōis xp̄i ex iugi meditatōne iſtiꝰ excellentiſſimi bn̄ficij magnū cōceperūt feruorē ꝛ deuotōis affectū ꝛ nimia paſcebāt̄ ſpiritali dulcedīe. ꝛ ideo ſpretꝭ ꝓpter xp̄m oībꝫ q̄ in mūdo ſūt ſola celeſtia appetebāt. vn̄ vnꝰ ex eis. ſ. beatꝰ Aug. de ſeipo dicit. ix. ꝯfeſ. Nō ſatiabor ill' diebꝫ dulcedine mūdiali mirabili cōſiderata altitudīe diuini cōſilij ſup ſalutem generis hūani. Et h̄ tpe nōnulli religioſi hn̄t de cōſuetudīe q̄ cuꝫ legit̄ vel canit̄ in ſimbolo. Et hō factꝰ eſt: tūc ſe totos ꝓſternūt in terraꝫ et aliq̄ flectūt genua. imo in plibus regionibꝫ nō ſolū ſacerdos. ſed et cōis ꝑpl'us ad pdicta verba flectit genua ad agēdū deo gr̄as. de iſto imēſo dono ꝛ ineffabili bn̄ficio. ſ. q̄ illa infinita maieſtas dignata ē ſeita inclinare q̄ ꝓpter nos ꝛ ꝓpter nr̄aꝫ ſalutē ſuā creaturā ſibi vniuit tā intime. q̄ illa pſona eſt deꝰ ꝛ hō. ꝛ q̄ ille q̄ deꝰ eſt et ab eterno fuit ac erit in eternū ille rōne iſtiꝰ intime et ſingulariſſime vnionis factus ē hō de nouo: ꝛ cōſors nature nr̄e imo frater nr̄. Non eni cōfundit̄ dei filiꝰ nos vocare fratres ſic̄ deducat apl's ad Heb. ij.

Ab iſtis ſctis patrib' ⁊ deuot; ho minib' debem' diſcere ⁊ exẽplum accipe vt ⁊ nos ſic gr̃ti ſimus de il lo immẽſo dono ⁊ dei bñficio: ꝙ illud ſp ⁊ pcipue p illo ſacro tpe aduẽtus cogiſcam' ⁊ deuote me/ ditemur ⁊ ipi largitori gr̃as refe/ ramus atq; ei' largitatẽ ⁊ imẽſã bonitatẽ laudem'. ⁊ iugi mẽoria pdicemus. ⁊ nos i h ſacro tpe ad uẽtus ſic pdiſponam' ad inſtãtẽ feſtiuitatẽ. vt tũc cõgruis honori bus ⁊ deo acceptabilr pagamus xpi aduẽtũ i carne ⁊ ex vgie nati/ uitatẽ. vt p h mereamur ꝙ ipe di gnet viſitare nos ſpiritali aduẽtu ſuo ⁊ ſp in nob pmanere. ⁊ i nob ac nobiſcũ talia operari opa q̃ ſi bi accepta ſint ⁊ per q̃ mereamur vitã eternã. Qð ipemet nobis cõ cedat ieſus chriſt' dñs nr̃ q̃ cũ pa tre et ſpũ ſctõ viuit ⁊ regnat vnus de' i ſecula bñdictus Amen.

Dñica quarta aduentus. Sermo quintus

Benedictus q̃ venit ⁊c. vt. s. In ſupioribꝰ dictũ fuit ꝙ dei fili' in hũc mũdũ venit ſiue i carnat' ẽ ac inter hoĩes ſenſibilr cõuerſat' propter nos dũtaxat ⁊ propter nr̃aʒ ſalutẽ. ſ. vt nos ſal/ uos faceret ⁊ btõs. Qrit circa h nũc q̃ſtio an potuerit nos ſaluoſ facere alio mõ ſiue aliter q̃ʒ in p/ ſona ſua ppa incarnata. De h eo/ gitaui nũc breuiter loq. Rogẽ' ⁊c.

Certo q̃rit vtrũ de/ us potuerit hũanũ genuſ alio mõ aut p aliũ ſaluare ſine ſue pſone incarnatõe. Rñdet ſm Aug. in. xiij. de trini. ⁊ ſm ſan ctũ Tho. i tercia pte ſũme. q. j. ar. ij. Q deꝰ d abſoluta ſua potẽtia mlt; alijs modis potuit nos rdi mere aut ſaluos facere. Potuit ei gr̃tis dimittere pctã. Potuit etiaʒ ſatiſfactõeʒ alicui' hoĩs aut ãgeli puri aut alteri' creature acceptare tãq; ſufficiẽtẽ q̃uis nõ dignam.

Scðo dicũt ꝙ int oẽs poſſibi/ les redimẽdi modos ille fuit ↄuẽi entiſſim' ad ſanãdũ nr̃aʒ miſeriã ⁊ optim' ad pcurãdũ nr̃aʒ ſalutẽ. Ubi ẽ cõſiderãdũ ⁊ mẽte iugit re uoluendũ ꝙ ſic dñs ſolũ propter nos ⁊ propt nr̃aʒ ſalutẽ hõ fact' ẽ. ſic oĩa q̃ i terr; viſibilr cõuerſãdo i hũana natura geſſit totũ ad no ſtrã ſalutẽ ordiauit. Nihil eñi per xp̃m dñʒ dictũ factũ aut circa ip ſũ geſtũ ẽ fruſtra. aut a caſu vl' ex necitate p ip̃m factũ. aut circa ipʒ geſtũ. ſʒ totũ ẽ ex diuĩa pordĩatõe ad alicui' ſingularis pſone vl' ad alicui' cõitat; vl' ad toti' mltitu/ dis fideliũ vtilitatẽ iſtructõeʒ aut ſalutẽ dictũ factũ aut geſtũ Jõ di cit Aug. Xp̃s nob nat' ẽ. nob iacu it i pſepio. nobis vagiebat i cunis. nob arridebat i ſtella. totũq; nob pficiebat q̃cq̃d ſaluator agebat i hoĩe Etb. Ber. i ſer. d aſcẽſiõe dñi dic. In nr̃a ſiq̃dẽ vita mlta fiunt caſu vl' necitate. ſʒ xp̃s dei vtus ⁊ ſapiã neutri hoꝝ potuit ſubiacere q̃ ei necitas vtutẽ cogeret. aut q̃d ſapiã ageret caſui ſubdit. Oĩa eñi q̃cũq; locut' ẽ. q̃cũq; opat' ẽ. q̃cũ q; paſſus ẽ ne dubites eẽ volũta ria. plena ſacramentoꝝ. plena vir tute. Iteꝝ ſubdit. ſicut ille q̃ ſcri/ bit certis rõibus ordinat colloq̃ vniuerſa. ita que a deo ſunt (vt di cit ad Roma. xiij.) ordiata ſũt. i. rõnabilr diſpoſita, ⁊ ex oportũis

cauſis facta.maxime q̄ p̄ſens int̄
nos opata ē incarnata maieſtas
oīa que ſunt in nr̄am ſalutē rectiſ
ſime ordiata .nec ſatis viſū ē diui
ne bonitati q̄cūq3 mō ſaluare nos
ſed in ſuo et̄no diſpoſuit nos redi
mere mō nobis optimo ac cōue
niētiſſimo ad ſalutē ſm Augu.vt
ſupius allegaui.et ita vaciť opere
adipleuit ꝺ mōſtrās nobis ī h̄ ſuā
eximiā ad nos charitatē B
Quis enim circa hoc conſiderās
z aduertēs diligent̄ nō noſceret q̄3
multa bona et occaſiōes vtutum
ac opeꝝ bonoꝝ ſine q̄b⁹ ſaluari n̄
poſſum⁹ affert nobis ille modus
repatōis.q̄.ſ.dei fili⁹ dignat⁹ eſt
hō fieri.et q̄ nō p angelū aliquē.
aut aliā creaturā nos redemit ſed
p ſeip̄m venit q̄rere et ſaluū face
re q̄ꝺ pierat xp̄s dn̄s.licz nos ſuf
ficiēter imo ſufficiētiſſime r̄deme
rit et ſaluos fecerit.tn̄ vt etiā effi/
ciēter ſaluemur. i.vt efficaciter cō
ſeq̄mur fructū et p̄ncipalē effectū
illius redemptōis.ſ.eternā ſalutē
opꝫt z nr̄az volūtatē accedere et
coopari.Oportz ei credere. optz
ſpare.optz amare.p̄cepta ſeruare
pctā cauere.cōmiſſa deplāgere. et
ſe virtutibꝫ et bonis opibꝫ exerce
re.Qm̄ vt dicit Aug. Qui te crea
uit ſine te nō iuſtificabit te ſine te
z ita nec btificabit te ſaltē adultū
ſine adulto.i.ſine proprio merito
tuo.Hoꝝ aūt oīm et hꝫ ſiliū
ſine q̄bꝫ nō meremur vitā maiorē
occaſionē dat nobis et ad ea iplē/
da pl⁹ aniat corda nr̄a .erigit ani
mos noſtros. p̄mouet z inducit
ille mod⁹ redemptōnis nr̄e p filiū
dei p̄p̄am pſonā q̄3 q̄cūq3 ali⁹ poſ
ſibilis modus. C Nam pri
mo fides nr̄a ſine q̄ īpoſſibile eſt
placere deo p hūc modū pl⁹ reſe
rat̄ in nobis q̄3 p aliū q̄cūq3. eo
q̄ ſic ip̄i nob in p̄pria pſōa loq̄nti
z nos fidē docēnti credimus ſine
heſitatōe. Si aūt p aliū de fide i
formati fuiſſemus anim⁹ homīs
aliq̄n heſitare cogeret̄ cū hi oīs
fuerint creature potētes fallere et
falli. Nūc aūt fide nr̄a innitimur
infallibili vitati. qꝛ credim⁹ p dei
filiū incarnatū z int̄ hoīes cōuer
ſatū q̄ ſuo veraciſſimo ore certiſſi
me edocuit hūanas mētes credē/
da.ſperāda.amāda z timenda .q̄
re de oībꝫ illis nullus relinq̄t̄ no
bis locus dubitatōis. Nā cū ſit ve
ritas et ſapiā p̄ris certi ſum⁹ q̄
nec fallere pōt nec falli.Et hoc vo
luit btūs Aug.xi.ꝺ ciui.dei vbi dic
Ut hō fidenti⁹ ad veritatē ambu
laret ipa vitas dei filius aſſūpta
hūanitate nobis fidē conſtituit et
fundauit. Scd̄o p illū modum
repationis hūane pl⁹ q̄3 p aliquē
aliū modū erigit̄ in mētibꝫ nr̄is
ſpes de dimittenda culpa. ꝺ obti
nēda gr̄a et habenda vita eterna.
Nā ſm mgr̄m i tercio ſniaꝝ. Ue
ra et p fecta chriſtiana ſpes ē certa
expectatō future btitudinis q̄ cer
titudo expectatōis ex gr̄a et meri/
tꝭ p̄ueīt.Cōſideret igit̄ vnuſq̄ſq3 ſi
poſſꝫ i cordibꝫ hūanis ex aliq̄ alio
generari maior certitudo de h̄ q̄
de⁹ velit nos h̄re pticipes gl'e ſue
q̄3 ex illo q̄ ip̄e p nobis z nr̄a ſa/
lute factus ē hō pticeps defectuū
nr̄oꝝ ſm naturā aſſumptam. et
cōſors penalis miſerie nr̄e Sed
z q̄d adeo potuit ſpez venie erige
re.q̄d tā de miſericordia fiduciā3
firmare.aut etiā q̄ ſigno vel argu
mēto certi⁹ pbari potuit hūano
cordi deū velle hoībꝫ ad ſe redeū/

tibꝫ ⁊ vitā emēdare volētibꝫ miſereri ⁊ ꝑcere. q̄ꝛ ex h̄ ꝙ pr̄ miſcđia/rū vt eis ꝑceret ꝓprio filio ſuo nō pepꝑcit. et ipē fili⁹ vt nos imunes abire poſſem⁹ ⁊ illeſi: ipē latrociniorū nr̄oꝝ dignat⁹ eſt ꝑferre ſuſpēdiū. Jō Auguſ. xiij. de triniť. dič. Quid mētes nr̄as tāte erigit ⁊ ab imortalitatꝭ deſꝑatōe liberat: q̄ꝛ ꝙ tāti fecit nos de⁹ vt dei fili⁹ immutabiliť bon⁹ in ſe manens qđ erat ⁊ a nobiſ accipiēs qđ nō erat dignat⁹ eſt nr̄m inire cōſortiū verā carnē aſſumēdo. Tertō ꝑ illū modū incarnatōnis dei ⁊ ꝑ hūa/ne reꝑatōnis taliť facte attētā cō/ſideratōnē merito valde inflāmatur cor igne diuini amoris ⁊ dile/ctiōis dei in q̄ cōſiſtit ꝑfectō chriſtiane vite ⁊ meritū ſalutꝭ eterne. Per h̄ em̄ bn̄ficium oſ̄dit nobis dn̄s quāte nos diligeret: et nihil tā debitū eſt vel tā rōnabile ſicut rediligere eū. qꝛ prior dilexit nos ⁊ qui tāta nobis contulit bn̄ficia. Vn̄ Auguſ. in de cathezizādis rudibꝫ. Que maior cauſa eſt aduēt⁹ dn̄i: niſi vt de⁹ accēderet dilectiōꝫ ſuā in nobis. ſi ḡ amare pigebit ſaltē nō pigeat reamare eum qui prior dilexit nos. imo vt dicit auctor de fide ⁊ legibꝫ. Hoc bn̄ficiuꝫ redemptōnis nr̄e ⁊ ſm̄ illū modū diſtincte meditatū pl⁹ deberet ac/cendere corꝑa nr̄a ſi tot⁹ arderet ⁊ tāto plus q̄to dei filius nobis ⁊ pro nobis dat⁹ melior eſt toto mūdo. nihil etem̄ natū eſt tātū excitare in nobis dei dilectōnē. ſicut cū gratuita ei⁹ bn̄ficia grataťad memoriā reuocam⁹. qꝛ illa propter h̄ nobis data ſunt. vt de eis ḡti exiſtentes ipa cognoſcerem⁹ atqꝫ ſꝑ i memoria haberem⁹ nec vnq̄ꝫ a datoris amore anim⁹ ide tepeſceret ꝑ taliū obliuionē. Inť hec aūt dei bn̄ficia maximū ē op⁹ reꝑatōis nr̄e ꝑ xp̄m. pro q̄ etiam ſolo eſſet a nobis laudādus ⁊ to/tis viribꝫ diligēdus. Cuius etiaꝫ diuini bn̄ficij excellentiā declarat Bern̄. in ſmone. xi. ſuꝑ Cantica. vbi iter cetera dič. Vide o homo q̄d deus maieſtatꝭ de ſe fecerat ꝓ pꝛte. de dn̄o ſeru⁹. de diuite pauꝑ. caro de verbo. et de dei filio hominis fili⁹ fieri nō deſpexit. Memento hō ꝙ licꝫ de nihilo ſis fa/ctus. nō tn̄ de nihilo es redēpt⁹. Sex diebꝫ cōdidit oīa ⁊ te inť oīa Atuero ꝑ trigītatres annos opatus ē ſalutē tuā i medio terre. O quātū laborauit ſuſtinēs ꝓ te carnis neceſſitates. iſātiles iniurias. hoſtꝭ tēptatōnes: paſſiones: dolores: crucꝭ ignominia: mortꝭ horrorē. Quarto valde cōueniebat ſaluti hoīm ⁊ inſtructōni nr̄e ꝙ dei fili⁹ hūanat⁹ ⁊ inť hoīes ſenſibiliť cōuerſat⁹ ſe eis p̄buit doctorē veritatꝭ in exēplū oīs iuſticie ac vir/tutꝭ. Vn̄ Auguſ. in q̄dā ſer. de natiuitate dn̄i. Homo q̄ videri poterat ſeq̄nd⁹ nō erat. de⁹ aūt ſeq̄n/dus erat q̄ videri nō poterat. vt ḡ exhiberet hoi q̄ ab hoīe videretur ⁊ quē hō ſecure ſeq̄reť de⁹ fact⁹ ē hō. Et Anſel. in li. Cur de⁹ homo Quis explicare ſufficeret q̄ꝫ neceſſarie: q̄ꝫqꝫ ſapienť factū eſt ꝙ ille q̄ hoīes erat redemptur⁹ et de via mortꝭ ⁊ ꝑditōnis ad viā vite ⁊ beatitudinis eterne reducturuſ eſſet de⁹ ⁊ hō. ⁊ ꝙ cū hoībꝫ ſenſibiliť cōuerſareť. ⁊ in ipa ſua cōuerſatione ipos doceret v̄bo qūo viuere de/berēt ⁊ ſe eis p̄beret bone ⁊ v̄tuoſe vite rectiſſimum exemplum. ad

cuius exemplar instar omnes fide
les mores ſuos ⁊ vitã ordinare de
bẽt. ſm ꝙ dicit Joh. ĩ pria cano.
ij. Qui dicit ſe in xp̄m credere de/
bꝫ ſicut xp̄s ambulauit ⁊ ipe am/
bulare. Xp̄s aũt in hodierno ſuo
introitu in mũdũ. cepit noſ doce
re nõ ῤbo ſed ope. ⁊ mox ſe nobiſ
ꝑpoſuit in exẽplũ. licet eñ volun
tarie ⁊ ꝓpt nos fact⁹ fuerit infans
ſm rõnẽ tñ fuit pfect⁹ vir. ſm di/
uinã pſonã ſp fuit. eſt. ⁊ in eternuꝫ
neceſſario erit dei filius ῤbus ⁊ ſa
pientia pris. ꝓpter qđ nihil eũ late
re potuit nec vnqꝫ poterit in aliq
decipi atqꝫ falli. Et cũ naſci voluit
ad h ſibi elegit tps ãni moleſtius
q2 hyemis aſperitatẽ. Et licet ipi⁹
ſit terra ⁊ plenitudo eius. tamen
voluit ſpõte ⁊ elegit naſci ĩ via in
aliena domo. in paupere tugurio
pãnis vilib⁹ inuolui. et infantilia
ſua atqꝫ tenerrima mẽbra in arto
ac duro ꝑſepio reclinari. Et cuꝫ vt
pdixi omnia q egit ĩ hũana natura
aſſũpta nulluꝫ a caſu aut fruſtra
egerit. ſed totũ ex rõnabiliſſimis
cauſis ⁊ ordinatiſſime ad nr̃aꝫ in
ſtructiõꝫ ⁊ ad nr̃m multiplicẽ pfe
ctũ. certũ eſſe debet ꝙ h etiã non
fecit a caſu nec ocioſe. ſed ad nr̃aꝫ
vtilitatẽ atqꝫ nobis veracit in ex/
emplũ. Ad vtilitatẽ qdẽ nr̃a: vt
cũ innocens dñs talia pro nobis
ſpõte ⁊ innocenter ſufferret: p h
omnes illos defect⁹ a nobis tolle
ret. meruit eñ nobis btĩtudinem
in q nullus boꝝ aut qrũcunqꝫ de
fectuũ remanebit In exẽplũ vero
q2 p h nobis demõſtrauit fugien
dã eſſe gliam mũdi. vanitatẽ ſecu
li. ⁊ oĩno corpis voluptatẽ. ample
ctendã vero eſſe pauptatẽ: hũilita
tẽ. ⁊ auſteritatẽ: tãqꝫ viam ſecuriſſi
mã ad gliam ꝓmerẽdaꝫ In q via
ipe puulus nos hodie voluit an/
teire. Hoc eñ vt ait ſctũs Bern.
nobis ſtabulũ pdicat. h pſepe cla
mat. h illa infantilia membra lo/
quũtur. h euãgelizant nobis pue
ri illius lacrime ⁊ vagit⁹. ſꝫ ⁊ tota
vita ei⁹ inſinuat: cui qꝫto plus cõ/
formamur tãto efficimur melio/
res E Quãto p xp̄i incarnatõ
neꝫ ſup omnia exaltata eſt huma/
na natura aſſũpta ⁊ cõſequẽter to
tũ genus humanũ valde dignifi
catũ vt patet in exẽplo Si pnceps
aliquis ꝑpotens duceret in vxo/
rem legitimã paupis ruſtici pau/
perculã filiã. eo ipo ea ῤgo exalta
ta eſſet ſup omnes mulieres pris
illius ⁊ effecta oĩm dña ⁊ cõſeqnt
tota ei⁹ genealogia eẽt p h digni
ficata. Sic in ꝓpoſito Illa hũana
natura quã fili⁹ dei aſſumpſit in
vnitatẽ pſone eſt p h exaltata ſup
omnes angelos ⁊ ſup omneꝫ aliam
creaturã ⁊ cõſeqnt totũ humanuꝫ
genus eſt p hoc dignificatũ. Vñ
in veteri teſtamento angeli patie
bant ſe ab hoĩb⁹ adorare. Nã Ge
neſis. xviij. legit ꝙ abrahe appa/
ruerũt tres angeli ⁊ adorauit. ⁊c.
Sꝫ in nouo teſtamẽto poſtqꝫ do
min⁹ humanã in ſe exaltauit ⁊ di/
gnificauit naturã. tũc angeli non
plus ab hominib⁹ voluerũt ado/
rari etiã adoratõne dulie. Nõ eñ
ſancti angeli patiũtur illã naturã
ſibi ſubijci quã ĩ autore ſuo vidẽt
ſup ſe exaltari. ꝓpter qđ dicit apo
calipſ xix. ⁊ xxij Cũ iohes videns an
gelũ cecidit añ pedes eius volẽs
adorare eũ. ꝓhibuit ⁊ dixit. Vide
ne feceris q2 cõſeru⁹ tuus ſũ et fra
trũ tuoꝝ. Et ꝓpter hãc hũane na
ture exaltatõneꝫ in xp̄o ⁊ cõſeqn/
ter toti⁹ generis humani dignifi
catõnem merito valde cauemus

ipam naturā noſtrā inhonorare aut deturpare maculis peccatorum quā ſic dignatus eſt ipe dn̄s honorare. Un̄ Leo papa de ſer. natiui. dn̄i. Agnoſce o xpiane dignitatē tuā ⁊ diuine ꝯſors factus nature noli in veterē vilitatē degeneri cōuerſatōe redire. Sexto ſuperbia nr̄a q̄ maximū impedimentū eſt ne deo inhereatur redargui pōt. ⁊ merito deberꝫ in nobis ſanari ꝑ tantā humilitatē filij dei q̄ ꝓ nobis factus eſt hō et in hūanitate deo pr̄i obediuit vſqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis. Ideo dicit Gregorius in regiſtro Ad hō vnigenitus dei filius formaꝫ hūanitatꝭ accepit et nō ſolū viſibilis. ſed ⁊ deſpicabilis apparuit. Ad h̄ cōtumeliarum ludibria: illuſionū opprobria. paſſionū tormenta tolerauit. vt hominē debere nō eſſe ſupbū doceret humil' deus Et ſup illud phil'. ij. Humiliauit ſemetipm̄ factus obediēs vſqꝫ ad mortē. ⁊c̄. Dicit Auguſ. Quāta humilitate humiliauit ſe xp̄s vſqꝫ ad incarnatōnē. vſqꝫ ad mortalitatꝭ humane ꝑticipatōnē. vſqꝫ ad diaboli tentatōēs vſqꝫ ad ppl'i irriſionē. vſqꝫ ad ſputa. ad vīcl'a. ad alapas ad flagella ad mortē. ⁊ nō q̄ꝫlibet. ſed q̄ ignominioſior fuit. ſ. vſqꝫ ad mortem crucꝭ Ecce hēmus i xp̄o dn̄o hūilitatis exēplum. ſupbie medicamētū Quid ĝ tumeſcis o hō pelliſ morticina. q̄d tēderꝭ ſanies fetida. q̄d īflaris. ꝑnceps tuus hūil'e ē ⁊ tu ſupbus. caput hūile ē ⁊ mēbꝝ ſupbū

Septio q xp̄s ē hō fact' ⁊ ſic hūanū genus. ꝑ eūdē ē redēptū ꝑ quē creatū ⁊ nō ꝑ aliū. ꝑ h̄ auferꝭ nob occaſio ſpandi i aliū q̄ꝫ i deū Cū ei nob ē ꝑ deū ſolū ſal⁹. ⁊ ipe nob ꝯplete ⁊ oīmode ē mediū ꝑueniēdi ad vitā i ipo ſolo ſpamus ⁊ eū totali⁹ amam⁹ Octauo q ipemet dn̄s nos libauit docemur ſupiores debere iferioribꝫ hūilit ꝯdeſcēdere ac ꝓ eorꝝ ſalute pſonaliter q̄ſcunqꝫ ſubire labores. Nec ſolū ſupiores ſꝫ ⁊ ſingulos fideleſ dn̄s ꝑ h̄ docuit portare onera ꝓriorꝝ. ita vt ſm̄ doctrinā apoſtoli ad phil'. ij. nō ſolū q̄ ſua ſūt ſinguli ꝯſiderēt ſꝫ etiā ea q̄ maioris ſint ſic et xp̄s dn̄s fec̄ q̄ tāta. tā mag̃ ⁊ tā indigna ꝓ alijs ꝑtulit. Et vt dicit glo. ſup ꝑdicto textu. Nulla res p̄t ſic facere vt illō officioſiſſimū obſequiū ꝓris libēter īpēdamus. ſic̄ cū cogitam⁹ q̄ꝫta ⁊ q̄lia ꝓ nob ꝑtulit xp̄s. Et iō apl's hortāſ nos ad hoc xp̄m dn̄m nob ꝑpōit ī exēplū dicēs vbi ꝑus. Hoc ei ſē tite ī vob q̄d ⁊ ī xp̄o ih̄u. vt. ſ. ſicut xp̄ſ ih̄s ī eo q carnē aſſūpſit n̄ attēdit q̄ ſūt ſua ſꝫ q̄ ſūt nr̄a. ⁊ cū eſſet ſine pctō ſuſcepit nr̄a pctā. id ē penas pctōꝝ nr̄orꝝ q̄s ipe ſuſtinuit. ita ⁊ nos ſuo exēplo dēm⁹ aliorꝝ onera portare. ⁊ ꝓrios ī oībꝫ vt poſſum⁹ ſupportare. Nono q xp̄s hūanat⁹ ē ⁊ q nos ſic redemit. ſ. q hoīeꝫ quē cōmiſſio pctōrū ſubdidit diabolo non ꝑtāte ſola ſed mediante iuſticia. ⁊ ꝑ plēiſſimā ſatiſfactōē a diaboli ꝑtāte eruit. Per hec docuit nos inimicos nō ꝑcipiti violētia ſꝫ prudēti iuſticia vincēdos eē. vt docꝫ mgr̄ ī tercio di. xx. Decio q dei filius īcarnat⁹ ē. ⁊ gen⁹ hūanū ꝑ ſeipꝫ liberauit. In hoc nobis oſtēſa ē mira ⁊ iexcogitabilis diuīe miſicordie magtudo q̄d ei miſicordi⁹ eē aut cogitari potuit q̄ꝫ cū hūanū gen⁹ nō hr̄et vn̄ ſe a mal' eterne mortis

emeret. de⁹ pater ſibi dedit in re/
demptõez naturalē ſuū filiū quez
ad hoc cõſtituit incarnari. Quod
bñ notauit Zacharias cū Lu.i. di
xit. Per viſcera miſericordie d̄i no
ſtri in q̄b⁹ viſitauit nos oēs oriēs
ex alto. Prope et ꝟe dicit ꝑ viſce/
ra. q2 vtiq3 ꝑ viſceralē ītimā ⁊ ſin
gulariſſimā oīpotētis dei miſeri/
cordiā factū ē vt illa ſingularis ma
ieſtas ꝑ nobis carnē ſumeret. ⁊ in
ea etiā mori vellet. vt nos viuere
mus. ſeruire vt nos regnarem⁹.
exulare vt nos repatriarem⁹. ad
ſeruiliſſima opa īclinari vt nos cō
ſtitueret ſup oīa bona ſua. ¶
Preter hec ſunt mlta alia et pe/
ne inumerabilia q̄ diligent̄ cōſide
rata mirabilē oſtendūt pulchritu
dinē et vtilitatē nr̄e redēptōis ⁊ ī
enarrabilē cōueniētiā modi illius
ꝑ quo ipa ē a filio dei tā vtilit̄ no
bis tamq3 ſalubris ꝑcreata. Sed
fratres nos ſum⁹ ingti de tantiſ
bñficijs diuīs. q2 q̄to bñficia ſūt
maiora tāto grauius ⁊ deteri⁹ ē pec
catū ingratitudīs. et q̄to maior
eſt erga nos dei miſericors digna/
tio tāto eā negligētes digne ma/
ior ſeqtur dānatio. Nō ſim⁹ ſiles
multis q̄ heu ſic ingti ſūt de his
⁊ alijs diuīs bñficijs q ꝓpter eo
rū torporē ⁊ deſideria vl' propter
ſupfluas ſecli curas. propt̄ corpa/
les delicias. propter amorē pñtiū
⁊ terrenoꝝ ⁊ propter ſilia q̄b⁹ ma
le dediti ſūt nō conant̄ ſaltē cog/
ſcere ⁊ mīme ſtudēt meditari diui
na bñficia nobis tā grauite exhibi
ta. Et pter alia eoꝝ dāna tales eti
am illud malū in pſenti icidūt q
eoꝝ corda q̄ ex cognitōe et diligē/
ti meditatōe bñficioꝝ diuioꝝ ig/
niri poterāt ⁊ debuerāt ab igne di
ni amoris manēt frigida et tota
vacua dilectōis dei ⁊ ſine grā de/
uotōis ac ſine grā ſpūali. De hoc
etiā btūs Ber. loqns ſup Cañ. ſer/
mone. ij. dic. Ardorē deſiderij pa
trū ſuſpirātiū chriſti ī carne pſen/
tiā freqntiſſime cogitās cōpūgor
⁊ cōfundor ī memetipō. ⁊ nūc vix
cōtineo lachrymas. ita pudet tor
poris miſerabiliū tēpoꝝ hoꝝ. cui
nāq3 noſtꝝ tantū igerit gaudiū
grē hui⁹ exhibitio q̄ntū veteribuſ
ſanctis accēderat deſideriū ꝑmiſ/
ſio. Hoc eteni ingēs deſideriū pa
trū xp̄i aduētū ſuſpirātiū oñdūt
ꝟba que filio dei dicebāt. vt illud
Dñe inclina celos tuos ⁊ deſcēde
Inde etiā vt ait Bern. vbi ſupra:
fuerūt ille q̄rule et plene murmu
re voces. māda remāda. expecta
reexpecta modicū ibi modicū ibi
Iſa. xxviij. Inde anxie ille ⁊ plene
pietatis pces. Da mercedē dñe ſu
ſtinentib⁹ te vt ꝓphe tui fideles ī
ueniant̄. Eccli. xxxvi. et ibidē. Su
ſcita pcatōes q̄s locuti ſūt ī noīe
tuo ꝓphe priores. Inde blāde il/
le plene ꝯſideratōe ꝑmiſſiōes. Ec
ce apparebit dñs et nō mentiet̄. ſi
morā fecerit expecta eū. q2 veniet
⁊ nō tardabit. Abacuc. ij. Itē ꝓpe
eſt vt veniat tps ei⁹ et dies ei⁹ nō
elōgabunt̄. Iſa. xiiij. Et vt ꝯcludā
ſmonē alloq2 vos ꝟbis bti ber.
in q̄dā ſmōe dicētis. Sic obſecro
vos dilectiſſimi cōſiderate diligē/
ter q̄ntū fecit de⁹ ꝑ nr̄a exhorta/
tōe ⁊ ꝑ nr̄a ſalute ne infructuoſus
inueniat̄ ſmo viuus ⁊ efficax imo
fidel' et omi acceptōe dignus ſer
mo nō tā oris q̄ opis. Subdit.
Putatis frēs paꝝ mihi moleſtū
ſi hoc ipz ꝟbū qd̄ nūc loq̄r ad voſ
vacuū et ſine aliq̄ recōpenſatōe de

perire in cordib⁹ vr̃is noſcat. ⁊ qs ſū ego aut qs ē ſermo me⁹. Si ḡ tantillū voc labor inutile eē do leret hō puſill⁹ et nihili q̄z iuſtiuſ indignabit dn̄s maieſtatis ſi tāta eius op̱a. tātā eius dignatōem p̱ n̄ram duriciā ac negligentiā ↄti gat in nobis euacuari. Auertat h̄ a ſeruis ſuis q̄ p̱ eo ſalute dign⁹ eſt formā ſerui accip̱e et ab ītacta virgine cōcipi et naſci vnigenitus dei fili⁹ ieſus chriſtus dn̄s noſter q̄ eſt in ſecula bn̄dict⁹. Amen

In die natiuitatis dn̄i
Sermo ſextus

# Benedictus

qui venit ⁊c̃. vt ſupra.

H Septima q̄ſtio Exquo dn̄s deus voluit p̱ nobis hō fieri illo mō. ſ. q̄ conciperet ex femina. an tn̄ potuerit ſibi hūanitatē creare ſicut creauit adā aut d̄ q̄cunqȝ materia voluiſſȝ formare ⁊ ſibi vnire. et h̄ videret decenti⁹ fuiſſe q̄z ſic de femina naſci. Rn̄det ſm ſctm̄ Tho. in tercia p̱te ſūme. q. xxxi. q̄ licȝ dei fili⁹ potuerit hu manā carnē aſſumere de q̄cunqȝ materia voluiſſȝ. tn̄ vt dictū ē prius ip̄e om̄ia q̄ p̱ ip̄m fiēda erāt ī hūana natura facere voluit modo nobis cōuenietiſſimo q̄ tn̄ euȝ decuit et nr̄e ſaluti maxime congrueret. Cōuenietiſſimū aūt fuit vt de femīa carnē aſſumeret ex p̄libus cauſ. Primo q̄ p̱ hoc tota hūana natura in vtroqȝ ſexu nobilitata ē. Vn̄ Aug. in li. lxxxiij. q̄ſtionū. Hois liberatio in vtroqȝ ſexu debuit app̱ere. ḡ q̄ op̱tebat virū ſuſcip̱e q̄ ſexus honorabilior eſt. cōueniēs fuit vt nobilitatio feminei ſexus hinc appareret q̄ ille vir d̄ femīa nat⁹ eſt. Scd̄o vt illa mlier cōpenſaret debita mlier cū ſicut mors ītrauit p̱ feminā. ſ. euā. ſic vita rediret p̱ feminā. ſ. virginē mariā. Vn̄ Bed. Aptū pro fecto hūane reſtauratōis p̄ncipiūm vt angelus a deo mitteret ad virginē partui cōſecrādā diuio q̄ prima p̱ditōis hūane fuit cā cum ſerpēs a diabolo mittebat ad mulierē ſpū ſup̱bie d̄cipiēdā. imo ip̄e in ſpente diabol⁹ veniebat q̄ genus hūanū decept p̱entib⁹ p̄miſ īmortalitatis glīa nudaret. q̄ ergo mors intrauit p̱ feīaȝ apte redijt ⁊ vita p̱ feminā. Jlla a diabolo ſeducta viro guſtū nec obtulit hec edocta p̱ angelū mūdo autorē ſalutis edidit. Tercio q̄ p̱ illū modū cōceptōis ⁊ natiuitatis xp̄i ex femīa aſtruit veritas incarnatōis. Vn̄ Amb. in li. de incarnatōe. Multa ſm naturā inuenies ⁊ mlta ſup̄ naturā. ſm em̄ ↄditionē nature ī vtero feminei fuit corp̱is. ſȝ ſup̄ ↄditionē nature virgo cōcepit. virgo pep̱it vt crederemus q̄ de⁹ erat q̄ innouabat naturā. ⁊ hō erat qui ſm naturā naſcebat ex hoīe. Et Aug. ad voluſianū. Si omp̄s deus hoīeȝ vbicunqȝ formatū nō ex materno vtero formaret ſȝ rep̄ēte offerret aſpecti b⁹ hoīm. nōne opinionē ↄfirmaret erroris. nec hoīeȝ ve aſſumpſiſſe vllo mō crederet. ⁊ dū mira biliter faceret auferret qd̄ miſericorditer fecit. Nūc v̄o ita int̄ deuȝ et hoīeȝ mediator apparuit vt ī humanitate nature copulās vtrāqȝ naturā ⁊ ſolita ſublimaret īſolitis. ⁊ inſolita ſolitis tp̱aret. Quarto q̄ p̱ hūc modū cōplet oīs diuer/

ſitas generatõnis hũane nature. Nã p̄rim⁹ p̄duct⁹ eſt ex viro ſine feĩa. ceti v̇o hoĩes p̄ducũt ex viro ⁊ feĩa. Hoc q̄rtũ q̄ſi xp̄o propriũ relinq̄bat vt p̄duceret ex feĩa ſine viro. ¶ Eſt h̄ notãduz q̄ ex xp̄i humanatõe ⁊ ex ei⁹ p̄dicto mõ ex feĩa natiuitate ⁊ cõceptõne ſumũt ſibi iudei p̄p̄a malignitate ſcãdalũ nõ modicũ. Dicũt em̄ indecẽs eẽ ⁊ diuio honori derogare q̄ de⁹ ĩ viſceribꝫ mľierꝫ ꝯcipiat. ⁊ poſtea ex ea nat⁹ ei⁹ fili⁹ efficiat. Hãc eoꝝ obiectõez ſepe audiui in collatõe cũ eis habita de fide. Solebãt nãqꝫ dicere q̄ nihil ſit fedi⁹ q̄ꝫ feĩe viſcera. ⁊ q̄ p̄pt hec blaſphemia videat ⁊ horror dicere aut credere deũ ſe ill' iclusiſſe. Sꝫ ſi ĩtelligerẽt ⁊ cõſiderarẽt debite q̄ ſupi⁹ i p̄ma dñica aduẽt⁹ ℟ dicta ſunt de duplici natura ĩ xp̄o diuĩa. ſ. et hũana. ⁊ ſi vtriuſqꝫ nature ꝯditionẽ ꝯgſcerẽt facil'r hui⁹ ſue obiectionis ſolutõꝫ ĩuenirẽt. ⁊ ĩſup in ſe ipis cõfunderẽt p̄p̄a ſua ruditate ⁊ ĩgrãtia deph̄ẽderẽt q̄ſtiõez p̄p̄aꝫ q̄ arguere p̄ſumũt ⁊ calũniari tã altũ myſteriũ qδ penit⁹ ĩgrãt: et ſua rudi obiectõe oñdũt ſe penit⁹ ignorare. Una ei natura ĩ xp̄o ẽ hũana natura. cũ ãt illa ſit euſdẽ ſpẽi ⁊ nature cũ hũanitate cuiuſcũqꝫ alt'i⁹ hoĩs puri. q̄d miꝝ aut q̄ rõe ẽ ꝯ rei ꝯditõꝫ ſi illa hũanitaſ xp̄i ſic ⁊ q̄libꝫ alia hũanitas fuit ĩ vtero feĩe nõ cuiuſcũqꝫ ſꝫ mũdiſſime virgĩs ac aĩa ⁊ corp̄e ſcĩſſime. ĩ quã totã caſtificatã ⁊ ab oĩ labe purgatã ſp̄ũſſctũs ſ̄m v̇bũ ãgeli ſupueĩt cũ maiori mũere gr̄aꝝ eãqꝫ obũbrauit v̇t⁹ altiſſimi ei⁹ ferẽs potẽtiã nouo more generãdi. vt. ſ. ſine virili ꝯtactu ⁊ ſine libidinem ei⁹ ſctĩſſimo v̇to toti mũdo velut ſacratũ dei viui templũ celebraret dei ⁊ hoĩs ꝯcept⁹ Ergo ſtulte ⁊ rudis iudee vñ ſordes ĩ v̇gĩe quã ſctĩſp̄ũs opatio ab oĩ labe purgatã totã ſcĩficauit corp̄e ⁊ ſpĩritu. vñ ſordes ĩ v̇gine q̄ ſic ſingulari gr̄a p̄uẽta ẽ atꝫ repleta. vt ip̄ꝫ h̄ret vẽtrꝫ ſui fructũ quẽ ex ĩitiobꝫ vniuerſitatꝫ dñꝫ. Et d. Au. ĩ libello ꝯ. v. gñã heret. Uñ ſordes ĩ v̇gĩe m̄re vbi nõ ẽ ꝯcubit⁹ cũ hoĩe p̄ie vñ ſordes ĩ ea q̄ nec ꝯcipiẽdo libidinẽ. nec pariẽdo paſſa ẽ dolorez. vñ ſordes ĩ domo ad quã nulluſ habitator acceſſit ſꝫ ſol⁹ ad eã fabricator ⁊ dñs veĩt. veſtẽ. i. hũanã naturã quã ñ h̄ebat ĩduit. p̄ceſſit ad eã quã ſic inuenit eã clauſã reliq̄t. Ip̄a igit' ẽ vnica m̄r vnici ⁊ naturalis filij dei digna digni: ĩmacl'ata ĩmaculati. Cũ em̄ de⁹ hõ ſieri voluit tal' eũ part⁹ decuit vt de imaculata p̄diret ĩmaculat⁹ oĩm maculas purgatur⁹. ℟ Sc̄da natura ĩ xp̄o ẽ diuĩa cui⁹ ꝯditõꝫ ſi noſcerẽt ⁊ ꝯſiderarẽt clare aḡſcerẽt q̄ eius dignitati nihil derogat q̄ ſic in viſceribꝫ latet feĩe. ſic ei⁹ dignitati ñ derogat q̄ ẽ ĩ oĩbꝫ rebꝫ. ſic ſupius p̄baui p̄ ſcripturas. ⁊ p̄bat mgr̄ ĩ p̄mo di. xxxvij. p̄ ml'taſ auc̃tes. Si ḡ de⁹ ẽ p̄ñs p̄ cẽtiaꝫ ⁊ intim⁹ oĩ creature nobili ⁊ ignobili mũde ⁊ ĩmũde. ſic añq̄ꝫ ſieret hõ ĩ viſceribꝫ marie ſp̄ v̇gĩs. illis eiſdẽ tã intrĩſecus real'r q̄ꝫ poſtea q̄ñ hõ ibidẽ fiebat ⁊ ſic ẽ hodie h̄ diuĩa natura p̄ eẽntiã p̄ñs oĩbus viſceribꝫ q̄rũcũqꝫ ml'ieꝝ aut q̄rũcũqꝫ hoĩm ⁊ h̄ nõ derogat in aliq̄ ſue dignitati. imo cõuenit ſibi rõe ĩmẽſitatꝫ ſue p̄fectiõis vt impoſſibile ſit aliδ eẽ ⁊ deũ eidẽ ñ intime

põtẽ.hmõi rudes ⁊ indocti hoĩeſ taꝗꝫ deꝰ horreat res fetidas ⁊ im mundas qs corpalibꝫ ſenſibꝫ hõ horrere ſolet.eo ꝙ ſũt diſſone na turali hoĩs cõpoſitõe. Sꝫ ille eſt nimis groſſus cogitatꝰ ꝓueniens ex ĩgrãtia ↄditõis ⁊ habitudĩs dei ad eas. Deꝰ eñ nihil odit eoꝝ q̃ fec.oẽꝫ aũt creaturã deus fecit.et nihil in oĩbꝫ creaturꝭ odit neqꝫ horret niſi pctã q̃ in rõnali creatu ra odit.q̃ꝛ illa cũ ſint q̃dã ꝑuatio/nes ipe nõ fecit nec ſũt ab eo effe/cte ſꝫ a nr̃a volũtate deficiẽte. Cũ g̃ deus nullã corpalẽ indiſpoſitõꝫ aut poſitiuã entitatẽ horreat aut odiat.eo ꝙ ſũt ſui effectꝰ ↄſtat ꝙ nõ horret feĩe vteꝝ.nec ẽ ↄ eiꝰ di gnitatẽ vtibi ſit aut in q̃cũqꝫ alia creatura. Tales inſuo videñ nimiſ pueril̃r credere ꝙ deꝰ q̃ ẽ inuiſibil̃ ⁊ ſimpliciſſimꝰ cõtamineñ ſordibꝫ nr̃is q̃bꝫ eẽntial̃r ineſt.qð ẽ nimis fatuũ ⁊ ruſticanũ. Qð exẽplis de clarat mgr̃ vbi.ſ. Primũ ẽ ꝙ ſpi ritꝰ hũanꝰ nõ cõtamiañ ſordibus corpis q̃ntũcũqꝫ polluti. Aĩa eñ leproſi tã mũda ẽ ſicũ aĩa cuiuſcũqꝫ pulchri. imo mũdior ⁊ dõ placa bilior ſi ẽ a pctĩs purior.⁊ h̃ de pri mo. Scðm exẽplũ ẽ.q̃ꝛ ſol ra dios ſuos ſine pollutõe ipoꝝ ef/fũdit ſup loca ⁊ corpa ñ ſolũ mũ da ſꝫ etiã immũda ⁊ ſordibꝫ fetẽ/tia.q̃ꝫ ↄtactu hoĩes ⁊ q̃dã alie reſ inficiũñ.ſol̃ vo radij ĩpolluti ⁊ in cõtaminati ea ↄtingẽtes exiſtũt.q̃ cũ ita ſe habeãt certũ eẽ dꝫ vnicui qꝫ ꝙ diuĩa eẽntia oĩno ſimplex ⁊ incõmutabil̃ oĩa replet loca ⁊ oĩ bus creaturis eẽntialiť ineſt. ⁊ tñ nulliꝰ rei ſordibꝫ ↄtamiañ aut cõ tingiñ. Et iõ dic̃ Aug. Si ſol̃ radiꝰ cloacaꝝ ſordes ſiccare nouit eiſqꝫ inq̃nari ñ nouit q̃nto maior ſplẽ dor lucꝭ eťne in q̃ nihil inq̃namẽ/ti occurrit q̃cunqꝫ radiauerit mũ dare põt.ipe vo pollui nõ poteſt

Octaua q̃ſtio. vtrũ o hmõi feĩa ex q̃ xp̃s naſci voluit ⁊ ↄcipi vgo fuerit ⁊ vgo ꝑmãſit in ↄceptu ⁊ ptu. Rñ/deo ad q̃ſtionẽ oñdẽdã Primo ꝙ fuit poſſibile vginẽ ↄcipe ⁊ parere ⁊ itactã ꝑmanere. Hoc oñdã exẽ plis ſcripťe. Primũ nã ſic deꝰ a ꝑncipio formauit adã ð limo ťre ſine viro ⁊ mlr̃ẽ ð viro ſolo nihil coopante q̃cũqꝫ mlr̃e. Sic po/tuit formare ð vgine hũanitateꝫ ſine cuiuſcũqꝫ viri coopatõe. Ul̃ deťrõ q̃re vnũ cadat ſub dei oĩ/potẽtia ⁊ nõ alið.⁊ nl̃la poterit in ueniri.ſic deꝰ (teſte ſcptura) ſũpſit coſtã de latere ade et edificauit eã in mlr̃ẽ nulla coopante mlr̃e. Sic ĩtra vt ⁊ vginis ſua opatiõe ⁊ vtute ex caſtiſſimis ⁊ puriſſimiſ eiꝰ vgĩalibꝫ ſãguibꝫ formauit cor pus hũanũ ⁊ aĩauit illð aĩa rõna li nullo ad h̃ coopante viro. ſicut tradit mgr̃ ĩ tercio di.iij.⁊ docto/res ibidẽ. Et Jo.hes damaſcenuſ in ſuo tercio Scðm exẽplũ etiã ſũptũ a ſcrip tã:ſ. Nũeri.xvij.põit Aug.in q̃dã ſer.ð aduẽtu dñi di. Dñs moyſi ꝑcepit ð ſingul̃ tribu bus vgas afferri.allate ſũ.xij.vge inť q̃s etiã erat vga q̃ aarõ fuerat ſacerdotꝭ.poſite ſũ a ſcõ moyſe in tabnãcl'o teſtioñij.vga ãt aarõ pꝰ alteꝝ diẽ inuenitñ ſubito ꝓduxiſſe flores ⁊ frõdes ⁊ pepiſſe nuces.v ga hec ꝓtulit qð añ ñ habuit.ñ ra dicata plãtatõe.ñ ð foſſa ſarcl'o.ñ aĩata ſuco nec fecũdata ſeiario.et cũ illic ð eſſẽt vniũſa ꝓtulit ne vga qð nec ſugere potuit nec radicẽ.ſi g̃ vga ſiccata ãnis plr̃imis potuit ↄ naturã ſine aq̃ reuiuiſcere ⁊ clau

ſa ſub tecto nuces ꝓducere Qua
re nõ potuit virgo ſine ſemĩe viri
dei iure generare. Immo miracu
lũ de ꝟginis ꝑtu. Virgo enĩ ha/
buit tp̄a pariẽdi.qꝛ decurſ nouez
menſibꝰ generauit. Virga aũt nõ
habuit cõſueta tp̄a germinãdi.eo
ꝙ mox altero die qd̾ natura non
habuit germĩauit. Terciũ exẽ/
plũ ponit Aug.in eodẽ ſermone.
Solis radiꝰ vitri ſoliditatẽ ſic pe
netrat ꝙ talis videt̾ interiꝰ ſic ex
teriꝰ.et tñ cum ingredit̾ vitrũ nõ
violat.nec cũ egredit̾ diſſipat.Cũ
ꝫ hoc poſſit naturalˀ ſubtilitas ra
dij ꝙ in eiꝰ ingreſſu ſpeculũ inte/
grũ ꝑſeuerat.q̄nto magꝭ põt om
nipotẽtia dei vt ꝟgo dei filiũ con
cipiat ꝛ pariat.ꝛ ꝑpetua ꝟgo ma
neat. De cõceptõe claꝝ eſt ex pre/
dictis. M Sed et de ꝑtu
nulli fideliũ dubiũ manet q̄n po
tuerit hoc deꝰ facere ꝑ penetrati
onẽ corpoꝝ aut per aliũ modum
honeſtiſſimũ q̄ ſue placuit volun
tati. Ad idẽ dat Origenes alia ex
empla ſuper Mat.dicẽs. Sic ru
bus quondã cõburi videbat̾ ꝛ ig/
nis eũ nõ tãgebat Exod.iij. Et ſic
tres pueri ĩ camino incluſi habe/
bant̾ et tñ eos nõ ledebat incẽdiũ
nec odor fumi erat in eis. Dan.iij
Et queadmodũ daniele intra la/
cũ leonũ incluſo clauſtrꝭ nõ aper
tis allatũ eſt prandiũ abacuc Da
nielˀ.vi.ita ꝛ ſctã virgo genuit do/
minũ et intacta permãſit.mr̃ effe
cta eſt ſed virgĩtatẽ nõ perdidit. ĩ
fantẽ genuit ꝛ caſtitatis ſigillũ nõ
amiſit. Verꝰ enim deꝰ ꝛ hõ ſcḋm
ſcripturas ſic cõcipi voluit ꝛ naſci
ꝛ nũc cõceptus ẽ ꝛ natus ex inta/
cta ꝟgine. Qd̾ et ptꝫ clare ex euã/
gelijs Mat.et Luc. ꝛ ex fide vni
uerſalis eccl'ie.imo eſt articulus fi
dei dicẽs. Natꝰ ex maria virgine.
Patet etiã ex ſcriptura ꝓphetica
Iſa.vij.vbi propheta volẽſ nõ ſo
lũ achas regi iuda ſedꝫ toti domi
nio ꝛ genealogie dauid dare ma/
gnũ ſignũ dixit. Ecce virgo cõcipi
et.ſ.btã maria cõcipiet ꝛ pariet fi
liũ.ita nũc dudũ cõcepit et pepe/
rit manẽs perpetua ꝟgo. Et ſeq̄t̾
Et vocabit̾ nomẽ eiꝰ emanuel.qꝛ
filius ille vocatꝰ ẽ xp̄s qd̾ ẽ nomẽ
ſignãs duplicẽ naturã ĩ vno ſup
poſito.ſ.diuinã vngentẽ ꝛ huma/
nã vnctã.ꝛ idẽ ſignificat emanuel
qd̾ interp̄tat̾ nobiſcũ deꝰ. Et no/
ta ꝙ vbi nos Iſaie.vij. habemus
Ecce ꝟgo:ĩ hebreo habet̾ Ecce al/
ma. Et dicit Nyco.d̾ lyra ꝙ alma
in hebreo ſignificat abſcõſionẽ.et
inde dꝛ alma.i. abſcõdita.qꝛ ſigni
ficat iuuẽculã aſpectibꝰ hoĩm ab
ſcõditã q̄ d̾ de eiꝰ pudicicia ꝛ inte/
gritate nõ dubitat̾.maxime q̄ñ p̄
ponit̾ lr̃a he.et tũc ſonat haalma.
Nec ĩueniũt̾ in tota ſcripẗa ſacra
aliq̄ ſic ſcripte niſi tm̄ tres.ſ. Re/
becca Geñ.xxiiij.vbi dꝛ de ea. Pu
ella dcora nimis.q̄ ꝟgo pulcher
rima ꝛ ĩcognita viro. Et ſeq̄t̾ ibidẽ
Puella q̄ egrediet̾ ad hauriẽdum
aquã. Loco eiꝰ ĩ hebreo habet̾ al/
ma q̄ egrediet̾. Et maria ſoror mo
yſi Exo.ij.vbi dꝛ de ea. Et iuit pu/
ella ꝛ vocauit mr̃ez pueri.ĩ hebreo
hꝫ Iuit haalma. Et illa q̄ ſcribit̾ ĩ
h̾ c.vij. Iſa. Et id̾ cũ due p̄ me fue
rũt virgĩes puriſſime q̄ñ ſic noĩa
te fuerũt idẽ claꝝ erit d̾ illa h̾ noĩa
ta N De hac etiã virgĩe ĩtel
ligit̾ illud prouer.penulti. Viã vi
ri ꝑfecti in adoleſcẽtula. Hec ẽ ve
ra lr̃a quia ſic habetur in hebreo.
Nã ſalomõ ſub metaphora loq̄t̾

ibidē de myſterio incarnatōis xp̄i dicēs Tria ſunt difficilia ⁊ q̄rtuꝫ penitus ignoro. ⁊ q̄ ſint illa ſubdit. Uiā aq̄le in celo. Hāc viā tenuit xp̄s in ſua aſcēſione in q̄ ſc̄m humanitatē ſuā aſcēdit ſup omnē aliam creaturam. Uiam colubri ſup̄ petrā. hanc tenuit xp̄s in ſua reſurrectōe. xp̄s eñ paſſus p ſerpētē colubrū deſignat̄. ſc̄m q̄ dr̄ Joh. iij. Sicut exaltauit moyſes ſerpētem in deſ̄to ita oportet exaltari filium hominis. Chriſtus autem paſſus ſepultus eſt in ſepulchro lapideo et inde mirabilit̄ exiuit ī ſua reſurrectiōe clauſo ſepulchro. ⁊ ſic tenuit viā colubri ſup lapidē. Sequit̄ Uiā nauis in medio mari. Hanc tenuit xp̄s in ſua cōuerſatione. q̄ in h̄ mūdo tanq̄ ī mari p̄celloſo expoſitus fuit p̄ſſuris ⁊ tribulatōibꝫ. Sequit̄. Et viā viri p̄fecti in adoleſcētula. Adoleſcētula eſt btā virgo maria que ī iuuentute cōcepit chriſtum ſpūſſācti virtute. quod fuit valde mirabile. Propter qd̄ dixit Hieremias. xxxi. Nouū creauit dn̄s ſup t̄ram. mulier circūdabit virū. quia chriſtus in vtero ſp̄ v̄gīs fuit vir p̄fectus ſciētijs et v̄tutibꝫ ab inſtanti ɔceptōis. ⁊ in natiuitate exiuit clauſo vtero v̄ginis. Et iō de hac via viri in adoleſcētula dic̄ ſalomon h̄ eſſe quartū qd̄ penitus ignorat. Unde Hiero. dicit d̄ aſſumptōe virginis marie. Qd̄ natura nō habuit. vſus neſciuit. ignorauit rō. mēs nō capit hūana. pauet celuꝫ. ſtupet terra. creatura etiā oīs celeſtis mirat̄. hoc totū ē quod p gabrielē marie p̄mittit̄. ⁊ p ſpm̄ſanctū adimplet̄. De nulla aūt alia via viri in adoleſcētula pt̄ rōnabiliter dici q̄ fuerit ſalomoni totaliter ignota. cuꝫ habuerat ſcientiā infuſam de naturis omnium anīaliuꝫ ⁊ plantaꝝ vſq̄ ad minima. vt habet̄. iij. Regū. iiij. Hanc etiā matris dei p̄petuam virginitatē clare docet et ſiḡt Ezechiel propheta p portā in domo dn̄i clauſam. p quā ſol⁹ dn̄s ingreſſus eſt. Dic eñ cap̄. xliiij. Conuerti me ad viā porte ſanctuarij exterioris q̄ reſpiciebat ad orientē et erat clauſa Et dixit domin⁹ ad me. Porta hec clauſa erit ⁊ n̄ apiet̄ et vir nō trāſibit p eam erit q̄ clauſa principi. Ubi propheta euident̄ nobis oſtendit q̄ mr̄ dn̄i ſemp virgo fuerit ⁊ v̄go p̄manſit ſp̄ clauſa q̄ virgo ante partū ⁊ v̄go in p̄tu. et virgo poſt partum. Cōcipit ⁊ virgo eſt. parit ⁊ v̄go ē. lactat ⁊ virgo ē. Sed ⁊ decuit atq̄ valde fuit cōueniēs vt xp̄s naſceret̄ d̄ femīa v̄gīe ſc̄m Dam. Qm̄ ſi virgo erat que fuit cā totius mali hūano generi. mlt̄o magis decet vt virgo ſit q̄ fuit cā totius boni humano generi. Cum ḡ eua q̄ fuit mūdo cā toti⁹ mali fuit virgo. multo magis fuit virgo mater xp̄i q̄ cauſa ē fructifera totius boni et toti⁹ ſalutis humano generi. Sed quoniā femīa facta de viro ſine muliere fuit facta de viro virgine. ſicut eua de adā. cōuenienti⁹ eſt q̄ vir q̄ fit de muliere ſine viro fiat de muliere virgine. Et ſc̄m Bern̄. decuit vt de immaculata p̄diret immaculat⁹ dominus: omniū noſtrum maculas purgaturus

In die natiuitatis dn̄i
Sermo ſeptimus

Cum esset desp̄osata mater ie/su maria Joseph ꝛc̄. Math. j. ca. Q Maria fuit desp̄osata ioseph nõ ꝑ sola ꝟba de futuro vt eſſꝫ ibi ſo lũ pollicitatio de m̄rimonio ꝯhẽ do. ſed fuit ſibi deſp̄oſata ꝑ ꝟba ḋ p̄ſenti. vt eẽt ibi tal' pactio q̄ eos nõ ſolũ ſpõſũ ꝛ ſponſã ſꝫ ꝛ coniu ges efficeret. Verũ etem̄ int̄ eos fuit m̄rimoniũ ꝛ ꝑfectũ i ſctitate Perfectũ etiã fuit ſ̄m triplex do nũ cõiugij. fidẽ. ſ. plẽ et ſacramẽtũ vt ptꝫ ꝑ Aug. ꝛ allegat mgr̄ i. iiij. di. xxx. Dicit em̄ Aug. ꝑfectũ fuit int̄ eos cõiugiũ. ꝑfectũ q̇ dẽ nõ in ſ̄mõe ſed in ſctitate. ſtiora ei ſũt cõiugia pari voto cõtinentiũ. Et iteꝝ ait Aug. Oẽ nuptiaꝝ bonũ i pletũ eſt in iſtis chriſti ꝑentibus. fides ꝓles ꝛ ſacramẽtũ. Prolem cognoſcam⁹ ip̄m dñm. fidẽ quia nullũ adulterinũ. ſacramentũ qꝛ nullũ diuortiũ. Sol⁹ ibi nuptial' cõcubitus nõ fuit. qꝛ i carne pec/cati fieri nõ potuit ſine pudẽda cõ cupiſcẽtia carnis; q̇ accidit ex pec cato ſine q̄ cõcipi voluit q̇ ſine pec cato futur⁹ erat. Circa hoc du/bitat̄. Quare dñs mag' voluit cõ cipi et naſci de virgine deſponſata viro q̄ʒ totaliter libera. Dicit̄ eni in p̄nti euãgelio. Cũ eſſꝫ deſpõſa ta mat̄ ieſu maria. Et Lu. ij. Miſ ſus eſt angel⁹ gabriel ad ꝟginem deſpõſatã viro cui nomẽ ioſeph. Cũ itaqꝫ hec virgo a deo electa eſ ſet ꝟgo cõceptura et virgo paritu ra cur igit̄ deſpõſata fuerit nunq̄ʒ nuptura. R Sctũs Tho. i tercia ꝑte ſũme. q. xxix. ex ſcꝑtu/ris ſctis ſctõꝝ patꝝ multas colle gerat cauſas ꝓp̄ q̄s cõgruit xp̄ꝫ ex ḋſpõſata ꝟgine naſci ꝛ valde cõ ueniẽſ tã ꝓpt̄ chriſtũ quã ꝓpter virginẽ matrẽ q̄ʒ ꝓpt̄ nos. Pro pter chriſtũ q̇ dẽ fuit h̄ cõueniens Primo ne xp̄s ieſus tãq̄ʒ illegiti me nat⁹ repudiaret̄ a iudeis ꝛ nõ acciꝑet̄ ab eis tãq̄ʒ meſſias ꝓpt̄ inhoneſtatẽ natiuitat' ſue. vel ſal tem ne illõ ꝑtẽdere poſſent. Vñ Ambro. ſuꝑ Lu. Quid iudeis. q̇d herodi põt aſcribi ſi natũ videret̄ ex adulterio ꝑſeq̄. Scdo vt puer ieſus a ioſeph nutriret̄. Vñ ꝛ pa/ter ei⁹ dict⁹ ẽ q̄ſi nutriti⁹ ſiue nu/triẽs. Tercio ad tutelã pueri na ti ne diabol⁹ ꝯ eũ vehementi⁹ no cumẽta ꝓcuraſſet. Vñ ꝛ btũs ig nacius ideo dicit eã deſponſataꝫ vt part⁹ ei⁹ diabolo celaret̄. Naꝫ ex oraculis ꝓphetaꝝ ſciuit diabo lus chriſtũ naſcituꝝ ex virgine. et ideo obſeruabat an aliq̄ ꝟgo con ciꝑet. Cũ aũt deſpõſata ꝯcepit ta lẽ cõceptũ nõ obſeruabat. ꝛ ita de ciꝑebat̄ nõ putãs mariã ꝑgnãtẽ ꝛ viro deſponſatã eſſe virginẽ. et ꝑ cõſeq̄ns nec pueꝝ eſſe deũ. Sꝫ diceres. Que corꝑal' ſiũt diabo lus ꝑſpicacitate ſui ſenſuſ optime noſcit. ergo videre potuit ꝟgitatẽ marie ꝛ integritatẽ ei⁹ carnis. Rñ det ſctũs Tho. vbi ſuꝑ. ꝙ diabo lus multa põt ꝟtute ſue nature a q̇bꝫ tñ ꝓhibet̄ ꝟtute diuia. vt dic̄ Aug. iij. de trinitate. Sic ḡ diabo lus potuit virtute ſue nature noſ ſe m̄rem dñi eẽ virginẽ. ꝓhibebat̄ tñ a dño ne cognoſceret modum partus diuini. nec multũ curauit talia ſcrutari circa matrẽ dñi cum vidit eam deſponſatã viro. Fu it etiam cõueniẽs ex ꝑte virginis. Primo ne damnaret̄ a iudeis tã

q̄ fornicaria. Unde virgo btā fu
it etiā de genere ſacerdotali ex p/
te matris ex q̄ fuit cognata eliza/
beth. Sed ſi filia ſacerdot; depre
hendebat̄ i ſtupro illa flāma exu/
renda fuit Leui. xxi. Fuit ḡ deſpō
ſata viro ne velut ſtupri rea dam
naret̄ ſi virū nō habēs filiū pcre/
aret. Scđo vt p h̄ ab infamia
liberaret̄. Uñ Amb. ſup Lucam.
Maluit dñs aliq̄s d̄ ortu ſuo q̄
de matris pudore dubitare. Sci
ebat em̄ tenerā eſſe vginis vecun
diā z lubricā famā pudoꝛ;. nec pu
tauit ortus ſui fidē m̄ris iniuriis
aſtruēdā. Tercio vt vgini p io/
ſeph miniſteriū exhiberet̄. Puer
em̄ ieſus propter pſecutōez hero
dis fuit deportādus i egyptū et
inde reportād⁹. q̄re expediebat vt
virgo eūdo z redeūdo cuſtodem
haberet z miſtrū ñ ſuſpectū Fu
it etiā cōueniēſ ex pte noſtra. qr te
ſtimonio ioſeph cōprobatū ē chri
ſtū ex virgine natū. Uñ Amb. ſu
per Luc. Locupletior teſtis pudo
ris maritus adhibet̄ q̄ poſſ; dele
re iniuriā et vindicare opprobriū
ſi nō agnoſceret ſacramentū. Et
btūs Bern. dicit. Thomas dubi
tādo et palpādo ꝯſtātiſſim⁹ eſt fa
ctus dñice cōfeſſor reſurrectiōis.
z ioſeph mariā ſibi deſpōſando z
eius cōuerſatōez ſtudioſi⁹ cōpro/
bādo fact⁹ ē eius pudicicie fideliſ
ſimus teſtis. Q Et ꝯſeq̄n
ter notādū q̄ cū virgo maria fuit
ipi ioſeph deſponſata ipe adhuc
verus virgo extitit corpore z mā
ſit virgo in eternum. Q em̄ tunc
fuerit vere virgo eliciunt docto/
res ex hoc q̄ chriſtus in paſſione
ſua nulli virginem cuſtodiendā
tradidit niſi virgini puro. videli/
cet beato iohāni quādo tūc ipa v
go ſenuit. ideo non eſt probabile
q̄ ante conceptū chriſti cū adhuc
erat iuuencula traderet̄ alicui niſi
virgini cuſtodiēda. Sic ergo tūc
ioſeph virgo fuit et etiā in euum
permāſit. ſicut docet btūs Hiero
nymus de ppetua virginitate ma
rie Et Hugo de ſctō victore in li/
bro de cōiugio marie et ioſeph. et
mgr̄ in q̄rto. di. iiij. dicit. Sane cre
dendū eſt non ſolū mariā ſed z io
ſeph apud ſe diſpoſuiſſe virgita/
tem ſeruare niſi aliter iuberet de⁹
eoſq; ſic conſenſiſſe in coniugalē;
ſocietatē vt vterq; de altero reue
lante ſpū intelligeret q̄ virginita
tem vellet niſi deus aliter inſpira
ret. ſed illā voluntatē nondū vbo
exp̄ſſerant. poſtea vero exp̄ſſerūt
et in virginitate permanſerunt.

Pro illo vlterius eſt notan/
dum: q̄ licet virgo maria artare/
tur ad matrimoniū ſm modum
illius temporis in quo ſterilitas
opprobrio habebatur: et licet ad
huc iuuēcula foret ante chriſti cō
ceptōnem. ſemp tamen habuit in
deſiderio virginitatē tanquam ſi
bi acceptiſſimam. quam licet nō
nouerit: tamē corde firmiter pro/
poſuit ſe eam conſeruaturā in p/
petuum. niſi aliud ei deus preci/
peret. Dicit enī Auguſtin⁹ in de
nuptiis et de ꝯcubi. et allegat̄ ma
giſter vbi ſup. Beata maria pro/
poſuit ſe ſeruaturā virginitatem
niſi deus ei aliter reuelaret. Ita er
go habuit in deſiderio et propo/
ſito virginitatem. Deus etiā vo
luit vt ipſa quam in matrem ele/
git virgo permaneret. vt ſic im/
maculatus qui venerat omnium
maculas purgaturus generaret̄

de immaculata. Voluit inſuꝑ do
minus vt ipa virgo mr̄imoniali
federe iungeret. Voluit em̄ de v
gine deſponſata naſci propt rati
onabiles ſupi⁹ cauſas expſſas Et
qz maria virgo propter deſideriū
ꝛ firmū ꝓpoſitū qd habuit de vir
ginitate ſeruāda. nō ꝯſenſit vnqz in
matrimoniū timens petitiōez de
biti cōiugal. Unde dicit mgr vbi
prius. Virgo maria niſi dei habu
iſſet familiare cōſiliuz nō cō ſenſiſ
ſet in ſocietatē maritalē. virginita
tem eni ſeruare volebat. ꝛ ideo n̄
aliter in maritalē ſocietatē conſen
ſit niſi de h familiare dei cōſilium
habuiſſet. Ideo adueniente tpe q̄
deſpōſanda fuit apparuit ei ange
lus ad eā ob h a deo miſſus q̄ eā
edocuit ꝙ dei volūtas eſſet vt de
ſpōſaret viro. et eā certificauit ꝙ ī
nullo p̄iudicaret ꝓpoſito ſuo d cō
ſeruāda caſtitate qm̄ ioſeph nun
qz ab ea petiturus eſſz debitū con
iugale. Ex q̄ em̄ vt habet ī textu p̄
ſent euāgelij. Angel⁹ inſtruxit io
ſeph dicens ei. Noli timere accipe
mariā coniugē tuā. A fortiori em̄
indubitanter concludit ꝙ ipa vir
go a deo mediante angelo āqz
deſpōſaret ioſeph fuit certitudīa
liter edocta. Noli timere accipe io
ſeph virū tuū in coniugē. Ecce em̄
ſpūſſctūs dabit tibi in teſtē et cu
ſtodem virginitatis tue. q̄ aſtrict⁹
pari voto cōtineat. et in multis ti
bi ad vginitatis cuſtodiā cōgruē
tibus obſequet. Quicqd em̄ circa
ioſeph factū eſt ꝑ viſionē angelicā
totū rōe marie factū eſt. q̄ fuit im
mediata in illa mirabili ꝛ īeffabi
li conceptōe filij dei. Cū ergo pro
pter vginē mariā āgel⁹ ipi ioſeph
apparuit dicēs ei. Ne timeas ꝛc.

A fortiori marie apparuit ꝛ eā ꝑ
dicto modo edocuit. Poſtq̄ vir
go ab angelo fuit edocta de dei
volūtate et certificata fuit d ſuā/
da caſtitate tūc primo cōſenſit in
mr̄imoniū cū ioſeph. Erat aūt
vt dicit Ber. ſup miſſus eſt mos
iudeoꝝ vt a die deſponſatōis vſ/
qz ad diē nuptiaꝝ ſponſis ſponſe
traderentur cuſtodiēde quatinus
eaꝝ ipi ſibi pudiciciā ſuarent cu/
rioſi⁹ quo ſibiipis fideliores exi/
ſterēt. Quare ioſeph duxit eam ſe
cū in domū ſuā in nazareth vt di
cit Chriſ. Et nō acceſſit ad eā car/
naliter cōtingendo. qm̄ ꝓpoſituz
habuit ꝑpetue cū maria vgine cō
tinēdi. Vel etiā ideo qz mos erat
iuſtoꝝ nō conſūmare mr̄imoniū
carnali copula niſi pri⁹ vacarent
orōi ꝑ aliqd tps implorādo diui/
nū auxiliū et miſericordiā dei. vt
patet Thobie. viij. Et in illo tēpo
re reuelatū fuit ioſeph ꝓpoſitum
vgis ꝛ h ꝑ illā met virginē. aut ꝑ
reuelationē diuinā et ꝑceptum ꝙ
ipam nō deberet cōtingere. ꝛ tūc
ambo ſil' virginitatē deo vouert.
ꝛ vterqz votū etiā verbis expreſſe
rūt. atqz ī euū ambo virgines ꝑ/
māſerunt. vt dicit Aug. et allegat
mgr vbi ſup. Et ideo in annūcia
tōe cū angelus dixit ad mariā Cō
cipies ꝛ paries filiū. ipa āmirādo
interrogat. q̄modo fiet iſtud qm̄ vi
rū nō cognoſco. Nō ſolū ꝙ nō co
gnouiſſz. ſed etiā qz iam vouit ſe
nūqz cogniturā. Et ideo angelus
ei rn̄dens expoſuit ſibi moduz di
cens. Spūſſctūs ſupueniet in te.

De his duob⁹ coniugib⁹ ꝛ eoꝝ
mutua cōuerſatōe caſtiſſima ꝛ ſā/
ctiſſimo cōuictu et hōeſtiſſima co
habitatōe eſt notādū ꝙ qz maria

cõceptura fuit ⁊ paritura dei filiũ decebat filij dignitatẽ vt ipa mater ei⁹ maria tanta puritate niteret q̃ sub deo neq̃t maior intelligi. vt dicit Anſ. in de cõceptu ꝟginali Propter qđ maiorẽ ⁊ p̃clariorem laudẽ dei dare nõ poſſum⁹ q̃ꝫ ꝙ fatemur eã eſſe matrẽ dei. p hoc etem̃ cõfitemur deũ ei ꝯtuliſſe om̃ia q̃ decent ſtatũ illius m̃rnitat̃. ⁊ que ad h̃ req̃runt̃ vt ſit digna mater dei. hoc eſt ꝙ ei cõtulit excellentiſſimã ſctitatẽ: ſupabundantiã charitat̃ ⁊ donoꝝ ſp̃ũſcti ſic ꝙ ioſeph fuit ſponſus marie ⁊ vir legitimus ⁊ caput eius. q꜄ caput mulieris eſt vir. ẜm Apl'm. Decuit aũt dignitatẽ m̃ris: ꝙ vir ille tantã haberet abũdantiã virtutũ gr̃arum ⁊ donorum ꝙ eſſet ſimilitudo ⁊ conueniẽtia ſpõſi ad tãtã ⁊ talẽ ſuã ſponſam. ſ. dei matreꝫ cũ q̃ ſemp̱ conuerſari debuit. familiariter cohabitare. ei obſeq̃ ⁊ ipſam in om̃ibus cuſtodire. Sicut ẽ͛ mariaꝫ eo ꝙ cõceptura fuit chriſtuꝫ decuit vt ſũma puritate niteret. ſic decuit vt haberet ſuo modo parẽ ſponſũ puriſſimũ et caſtiſſimũ qui cũ p̱petua virginẽ prius ac poſterius permaneret. ⁊ ꝙ vterq꜄ regali reniterꝫ progenie et eſſet plenus gratia et virtutib꜄ Sed ⁊ decuit ſaluatoris dignitatẽ cuius ioſeph pueri putatiuus ⁊ nutricius eſſe debuit ⁊ ei tã familiariter iungi et obſequi: vt eũ mereret̃ portare: ãplecti: deoſculari: nutrire: cuſtodire: deducere in egiptũ ⁊ reducere in terrã iſrael et i nazareth ciuitatẽ ❧ Secũdo notãduꝫ ꝙ cũ anima infunditur carni cõcupiſcentialiter ex cõcubitu viri ⁊ mulieris conceptus tũc in illa infuſione contrahit maculam ex cõiunctõne ab huiuſmodi infecta carne. Et illa macula ẜm magiſtrũ in. ij. diſ. xxix. vocat̃ peccatũ originale. Vocat̃ etiã cõmuniter fomes peccati. eo ꝙ inclinat homineꝫ ad peccata ⁊ difficultat ad bona ⁊ generaliter om̃es inclinat ad viciũ luxurie. Ab illo itaq꜄ fomite fuit maria ſp̱ virgo totaliter preſeruata. vel ſi vt aliqui dicunt eã cõtraxit p̱ excellentẽ gratiam ſibi collatã ⁊ p̱ virtutes eius p̱fectiſſimas fuit ille fomes ſic ſopitus ⁊ ligatus vt eã penitus ad vllũ malũ inclinaret aut difficultaret ad bonũ. ⁊ ita pie credũt aliqui ꝙ ip̃e ſanctus ioſeph ſpõſus cuſtos aut continu⁹ cohabitator chriſti et marie virgis idẽ recepit in munere a deo. et marie temp̱e deſponſatõnis vt. ſ. fomes in eo vel extictus eſſet. aut ſic ſopitus ꝙ eum non inclinaret ad mala et minime ad viciũ carnis. et propt̃ caſtiſſimũ ⁊ pudiciſſimũ cõuictuꝫ ſemper cũ maria virgine habendum. Ita decebat fieri etiam ne ſpecioſitas marie et familiaritas ſibi cederet in tẽptatõnẽ ſcandalũ ⁊ ruinã ❧ Tercio notãdũ. vt docꝫ Alexander de halis in ſuo. iij. Et dñs Bonauentura in. iij. Nulluſ vir vnq̃ꝫ ex aſpectu glorioſe virginis q̃uis eſſet pulcra nimis vrebatur aut inflãmabat̃ ad carnis concupiſcentiã. ſed potius huiuſmodi cõcupiſcẽtiam extinguebat ille virginalis aſpectus tãq꜄ frigidus quidam ꝟginalis ros p̱ oculos eius ſpiraret aut affluerer a mente eius caſtiſſima ⁊ cõcupiſcẽtiã huiuſmodi extingueret in cordibus alienis. ſicut ex aduerſo de

Muliere peccatrice ꝛ petulāte ꝯſurgit faſtinnatio q̄daȝ illecebroſa in aſpiciētib⁹. ſicͭ de tlib⁹ notauit. b. petr⁹ in. ij. ep̄la ca. ij. dicēs Oculoſ h̄ntes plenos adulterij ꝛ inſaciabilis delicti. Ex dictis ſuis p꞉ꝫ ꝙ licet ſctūs Joſeph diu ꝛ familiarit̄ ꝯuixerat ꝛ cohabitauerit marie virgini in mēſa. in via: in domo. nūꝙ̄ tn̄ ex h̄ ad libidinē mot⁹ fuit. ſꝫ ad caſtitatē magis. ꝛ hoc ꝑpter repꝛſſionē fomitis in ſeip̄o. et ꝑpter excellētiſſimā virginis ſctitatē. et ꝑpter integerrimā ei⁹ virginis caſtitatē. ꝑpter ip̄ius virgis meritū ꝛ virtutē. ꝛ ꝑpter humillimū ac diſciplinatiſſimū cōuerſatōnis modū quē virgo mater ſp̄ habuit et cōſeruauit ¶ Scd̄o ex his et ſuperi⁹ dict꞉ cōcluditur ꝙ Joſeph cū deſpōſatus fuit marie nō fuit vir vetul⁹: ſenio fractus et debilitat⁹ ac frigidus. Patet h̄ ex cā et fine deſpōſatōnis marie cum Joſeph. vna em̄ fuit cā ſm̄ p̄dcā. miſteriū ꝛ obſequiū p̄ſtandū ip̄i marie ꝛ puero ieſu eūtibus in egiptū illic manentib⁹ ꝛ inde remeantibus. ꝛ cōſequenter vſq꞉ ad ꝑfectaꝫ pueri etatē. Cōſtat aūt ꝙ ad tlia n̄ fuiſſet idone⁹ ſenio cōfract⁹ et impotēs virib⁹: q̄lis eget ampli⁹ vt ei miniſtret q̄ꝫ vt miniſtret. q̄lis etiā onoroſior fuiſſet marie q̄ꝫ obſequētior extitiſſet. Alia rō deſpōſatiōis fuit ad cōſeruandaꝫ marie famā apud ꝑfidos iudeos. et ad incarnatōnis myſteriū celādū demonib⁹. q̄ rō ceſſaſſet proꝛſ⁹ ſi Joſeph ſenex frigid⁹ ꝛ q̄ſi maleficiatus palā apparuiſſet. Talis em̄ q̄ pacto credi potuiſſet alicui⁹ infātis pater. Credit̄ ḡ ꝙ tūc non fuit vetulus ſenio cōfect⁹, ꝛc. ſed infra .l. ānū. ꝛ fuit adhuc iuuenis. ſm̄ Yſidoꝛuꝫ. qui ponit terminos iuuentutis. l. annū ꝛ. xxviij. ꝛ h̄ cōſonat dicto ꝑphete Yſa. lxij. Letabit̄ ſpōſus ſup̄ ſponſa. ꝛ habitabit iuuenis cū virgīe. Ubi glo. interli. ioſeph cū maria꞉. Nec ad ſaluādū pudiciſſimū ꝛ caſtiſſimū cōuictū eoꝝ: optet credere ꝙ Joſeph fuit vetul⁹. ſed hoc ꝑ repꝛſſionē fomit꞉ ꝛ ꝑ excellentē vtriuſq꞉ ſctitatē ſcͥm eſt in virtute ſp̄ūſctī q̄ poteſt pluſ opari in cōſeruādo caſtitatē q̄ꝫ ſenectus aut ſeniū opet̄. Diceret aliq̄s Si fuerit in etate vt p̄dictū eſt q̄re ergo ſenex depingit̄. Rn̄detur ꝙ ꝑpter mentis ꝛ caſtitat꞉ virtutē. ſicut dicit Sapiēs ſapie. iiij. Et etas ſenectutis eſt vita imaculata. Sed ecōtrario dicit ꝑphetic⁹ ſermo. Yſa. lxv. Maledict⁹ puer centū ānoꝝ. Uel ideo depīgebat̄ ab initio naſcētis fidei ꝛ eccl'ie dn̄ marie ꝑpetua virginitas nōdū vt modo radices fixerat in coꝛdib⁹ fideliū ne ſuſpicarent̄ carnale aliq̄d de Joſeph ꝛ maria. ¶ Sequit̄ in lra꞉ Añq̄ꝫ cōuenirēt inuenta eſt in vtero h̄ns ꝛ Añq̄ꝫ cōuenirent in carnali copula. Dicit glo. Nō ꝙ poſtea cōuenerunt. ſed ſm̄ gloſam eſt dictū ac ſi diceret̄. Jſte anteq̄ꝫ peniteret moꝛte p̄uentus eſt. igit̄ p̄ēituit poſt moꝛtē. Jta nō ſequit̄ Anteq̄ꝫ maria ꝛ ioſeph conuenerūt inuenta eſt. ꝛc. Jgit̄ poſtq̄ꝫ cōuenerūt inuenta eſt in vtero habēs. Jnuenta q̄dē eſt ſm̄ Oꝛige. Pꝛio ab angel' cuſtodiētib⁹ eā ꝑtegentibus eam: conſeruantib⁹ eaꝫ ꝛ ei⁹ btiſſimā animā ad honorem illius qui ab ip̄a generand⁹ erat. Sꝫ etiā a ioſeph qui curā virginis habuit inuēta eſt in vtero

habẽs .⁊ hoc ex tumore ventris.in uenta eſt habẽs in vtero de ſpũ ſctõ. et hoc de ſpũſctõ non refert ad ly inuenta.q2 latuit Joſeph ꝙ de ſpũſctõ eſſet impregnata. ſed refert ad ly hñs in vtero Vñ glo. dicit Inuenit eã Joſeph in vtero habere. ſed nõ de ſpũſãcto ſciebat eſſe.cũ poſtea vt dubius delibera ret dimttere eã .Math. hoc ad didit ne interĩ ſuſpitio ſubreperet lectori Diceret aliq̃s. Qñ inuẽ ta ẽ habere in vtero. Rñdz Chriſ. Q2 nõ eſt cõueniens putare pñte Joſeph angelũ ipm introijſſe ad mariã.ſed eo abſente ⁊ ipſa ſtatĩ poſt angeli diſceſſũ de licẽtia Jo ſeph abijt ĩ mõtana ad elizabeth vbi fuit trib9 menſibus donec eli zabeth pepit ꝑcurſorẽ dñi. vt ptz Luc.j.⁊ poſt eius reuerſionẽ inue nit ioſeph eã mãifeſte grauidã X Sz circa h ꝙ dicit eã grauidã d ſpũ ſancto eſt notãdũ.ꝙ vt vult Da maſ.in ſuo.iij.⁊ allegat mgr in. iij diſ.iij. In illo momẽto q̃ bñdicta virgo cõſenſit verbis ⁊ dixit Ecce ancilla dñi in eodẽ ſpũſſctũs gut tulas puriſſimi et caſtiſſimi ſãgui nis virginis collegit ⁊ mox ex eiſ corpuſculũ formauit ⁊ animã rõ nabilẽ de nihilo creatã: ⁊ mox ſa pientia ⁊ virtutib9 ⁊ oĩb9 doniſ ſanctiſpirit9 repletã iſti corpi in fudit. ⁊ ĩ eodẽ inſtãti filius dei illã hũanitatẽ ſue pſone ſic vniuit. vt rõne illius vnionis eſſet ver9 de9 ⁊ hõ. ⁊ hoc totũ celebratum eſt in ſacratiſſimo vtero virginis et ſub eius caſto pectore .et ſic in eodem inſtãti quo virgo conſenſit ipa de ſpũſctõ concepit dei filium veruz deũ ⁊ hoiem Ex quo habet ꝙ cuz dicit in textu inuenta eſt in vtero hñs de ſpũſctõ. ly de non dicit cir cũſtãtiã cauſe materialis.q2 nihil de ſubſtãtia increata ſpũſſcti fuit ſumptũ tãq̃ʒ materia corpis xpi. ſed dicit circũſtantiã cauſe efficien tis ipius ſpirituſſcti.cuius imme diata opa oĩa ſũt pfecta in hac xpi incarnatõne ⁊ virginis impre gnatõne .ſua infinita virtute ſup plente vices pĩcipij actiui ĩmedi ate effigiendo corp9 xpi de carne virginis formauit.Et virt9 altiſſi mi obumbrauit eidem virgini: ne ſubſtãtiam carnis miniſtrãs car nali concupiſcentia vreret.vt dic hugo de ſancto victo . Sequit in textu[ Joſeph aũt vir ei9 cũ eſſet iuſtus ] Hic ponit ioſeph digna dubitatio. qm vt dictũ eſt prius emiſſo voto virginitatis venit an gelus ad mariã ignorãte ioſeph ⁊ impgnata eſt de ſpũſctõ. ſtatiq̃ʒ de licẽtia ioſeph et volũtate abijt ad cognatã ſuã elizabeth ad mõ tana .⁊ poſt tres menſes reuerte bat cũ pacta fuerat natiuitas pre curſoris .Et tũc vidit Joſeph ma nifeſte vterũ virginis grauidum. ex quo incurrit vehementẽ ſuſpi tionẽ propter marie longã abſen tiam.Et ex alia parte tenebat de maria tantã ſanctitatẽ ꝙ ſibi vi debatur impoſſibile eam cecidiſ ſe. Vnde ſm Chriſo. Joſeph cũ eſſet iuſtus forſitan apud ſe ait. Comeſatrix nõ eſt. cantatrix nun q̃ʒ aut turpiũ verborum amatrix ſed oĩa laudabilia in ea inuẽit. ⁊ nihil in ea inuenire potuit ex q̃ fornicatio mulieris poſſet argui. igitur cogitauit ꝙ forte de ſpiritu ſancto haberet in vtero .⁊ ꝙ poſ ſibilius eſſet mulierem ſine viro concipere q̃ʒ mariam peccare. Et

ſimplicter cogitauit ꝙ ↄceptõ mu lieris plus ptinet ad deũ ꝗ ad vi rũ cũ nõ ſit in ptãte viri ſed dei. ⁊ q̃uo ſara pri⁹ ſterilis ⁊iã nonagi ta ãnoꝝ cõcepit ⁊ pepit. Geñ. xxj. Et qđ ſcriptũ eſt yſa. vij. Ecce vir/ go ↄcipiet ⁊ pariet filiũ. Ex iſtis g̃ oĩbus nõ habuit pfectã eſtima tionẽ crimĩs neqꝫ etiã certã ↄgniti onẽ innocẽtie. ſꝫ fluctubat mens ad vtrãqꝫ ptẽ. cõſideratio eñ pu/ dicicie ſueipm de ea malũ pfecre ſuſpicare nõ ſinebat. ↄſideratio ve ro impregnatõnis plenã eſtima/ tõꝫ innocẽtie de ea nõ pmittebat Cũ g̃ eſſet iuſtus ⁊ noluit eaꝫ tra/ ducere. i. ſm vnã expoſitõnẽ nollꝫ eã infamare. Dicit eñ Auguſtin⁹ in de verbis dñi. Si ſolus noſti et qꝛ aliqs peccauerit in te et vis eũ mox corã oĩbꝫ arguere non correctoꝛ ſed pditoꝛ es. vñ iuſtus vir Joſeph tãto flagicio qđ de vx ore ſua ſuſpicatus erat magna be nignitate pepcit. reſtabat vtiqꝫ di cta adulterij ſuſpitõ. et tñ qꝛ ipſe ſolus ſciebat eã noluit diffamare ſꝫ occulte dimittere eã volẽs pde ſ ſe peccãti nõ punire peccãtẽ. Uel ſm aliã expoſitõneꝫ noluit eã tra ducere. i. ad penã diuulgare factũ ppalando. Dicit eñ Leuitici. xxj. Uir ſiue mlr in quibꝫ phitonicuſ ſiue diuinatõnis fuerit ſpũs mor te moriatur. Et poſtea dicit ibideꝫ ꝙ ſacerdotis filia dephenſa in ſtu pro debebat flãmis exuri. Uirgo aũt maria ex pte matris fuit de genere ſacerdotali ſicut et Elyſa/ beth ei⁹ cognata. Jtẽ Deut. xxij. dꝛ Si duxerit vir vxoreꝫ et nõ ſit in puella inuenta virginitas. eijci ent eã extra fines domus patris ⁊ lapidibꝫ obruent eã viri ciuitatꝭ illiũs. Uel ſm terciam expoſitio nem. noluit eã traducere. i. in ſuũ conſortiũ familiare cũ ſolẽnitate nuptiali accipe. ne malo ⁊ crimi/ ni ↄſentire videret. De iſtis mo/ dis dicit Aug. in ſer. de natiuitate Joſeph intelligẽs marie vteꝝ gra uidari turbat. eã quã de tẽplo acce perat ⁊ nõ dũ cognouerat q̃uidaꝫ ſentiebat. ſecũqꝫ eſtimabat diſpu tans dicẽs. Quid faciã an pdo an taceo. ſi pdidero crudelitatẽ icur/ ro. ſi tacuero malo ↄſẽtio ⁊ cũ adl'teris portõeꝫ meã pono. Oñ er/ go malũ ẽ tacere. adulteriũ pde/ re pei⁹ eſt. dimittã eã a ↄiugio. Et ideo ſub dit [Uolebat eã occulte dimittere] ne ſi palã eã dimitteꝫ neſciret rñdere deꝛminate cauſaꝫ dimittẽdi q̃rentibꝫ cũ q̃libꝫ ptiuꝫ eſſet ſibi dubiã vt viſũ ẽ. ¶ Aliꝛ di cit Orige. ſ. ꝙ ioſeph ſine heſitatõ ne ſciuit eã impgnatã a ſpũſctõ. ⁊ ideo dimtttere eã voluit nõ ex ſu/ ſpitõe ſed ex hũilitate. Sicẽt pe/ trus dixit Luce. ij. Exi a me qꝛ hõ pctõꝛ ſuꝫ dñe. Et ſic exponit. [no luit eam traduceee] i. cõiugẽ duce re ex hũilitate pꝑter myſteriũ qđ ei apparuit i ea. Prioꝛ tñ expoſi/ tio pl⁹ placꝫ. q̃re eñ voluiſſꝫ occl'te dimittere cũ etiã ãgel⁹ apparẽs ſibi ipm de h̃ edocuit ꝙ de ſpũſã cto ↄcepit. quõ g̃ prius hoc ſciuit. y Sed q̃rit. cũ maria vidit eũ anxiũ ⁊ipa potuit intelligere ꝙ ppꝛ eã fuit. q̃re nõ dixit ſibi di/ uinũ ſecretũ. Rñdet ſm Nico. de lyra ꝙ talia diuina myſteria non ſunt reuelãda niſi q̃tũ ſcit de hoc diuina volũtas. Prudens igit ✠ go tacuit tenẽs firmiter ꝙ ſic illđ ſecretũ fuit reuelatũ elizabeth io hãnis matri. vt hꝛ Lu. ij. ſic reue/

lareť cōpetenti tp̄e ipi ioſeph ⁊ a/
lijs ᵱm bn̄placitū volūtatis diui
ne. Sȝ q̄re ioſeph nō q̄ſiuit ab ea
dicit̄ ꝙ ꝑ nihilo q̄ſiiſſet. qꝛ virgini
ꝑ ſe dicēti nō crediſiſſet. ⁊ etiaȝ a
diuina diſpoſitōne factuȝ eſt vt ꝑ
reuelatōȝ angeli ipi ioſeph mani/
feſtareť vt d certo nll'o mō dubita
ret ⁊ in illis ꝑ hoc fides affirma/
reť. ¶ Seq̄tur [ Hoc aūt eo cogi/
tāte ] Hic poniť certificatō ioſeph
diu eñ intra ſe diſputauit qd eſſȝ
facturus et nō cito dimiſit v̄ginē
qꝛ magnū malū fuiſſet ſi ad mo/
dicā horā ipaȝ q̄ de ſpū̄ſcto̅ conce
pit dimiſiſſet. Jdeo anim⁹ ſapien
tis ei fuit qui nihil vult temere fa
cere. ſȝ diligēť ꝑcogitare qd om̄ibꝫ
penſat͂ magis deceat et expediat
Nota etiā ᵱm Criſ. Magna fuit
ioſeph māſuetudo. qꝛ nulli narra
uit ſuſpitōȝ quā habuit de vxore.
imo nec ip̄emet vxori. ſȝ in ſe ſolli
cit⁹ cogitabat ꝙ ſi negociū ꝑpala/
ret. pauci eſſent qui nō eaȝ magis
fornicariā dicerēt: ꝙ̄ virginē cōce/
piſſe. Et qꝛ non p̄cipitauit ſe ſicut
mlti. ſed mature ⁊ prudēter pēſa
uit oīa in re dubia Stati dn̄s ſpe
ciali modo imo ꝑ angelū ip̄m di
rexit. ⁊ ḡ diciť in lrā [ Hoc aūt ea
cogitāte āgelus apparuit in ſom/
nis ioſeph ]. Aīa eñ clauſ ſenſibꝫ
ad recipiendū reuelatōnes mag͂
eſt apta. qꝛ tūc nō eſt ꝑ receptōnē
ſenſibiliū exteriorū īpedita Z
Et notādū ꝙ angelus certificauit
ioſeph ꝑpter tres cauſas. Prima
ne iuſtus ignorāter faceret rē iiu
ſtā iuſto ꝑpoſito. Scd̄o ꝑpter ho/
norē matr͂ ne dimiſſa notaretur
a vicinis ⁊ alijs turpi ſuſpitione.
Tertio vt ioſeph intelligēs cām
cōceptōnis reuerenti⁹ ie haberet
ad v̄ginē et ſe ab ea diligētius cu/
ſtodiret Et addiť q̄rta cauſa ne vl
terius premeret dubietas quē cō
mendabat eq̄tas. d. [ Joſeph ] fili
dauid [ noli timere accipe mariaȝ
cōiugē tuā ] Sȝ vt dicit Origenes
Secur⁹ ⁊ intrepid⁹ accipe eā ᵱm
legis p̄ceptū vxorē tibi noīatā: et
ᵱm nuptiaꝝ cōiūctionēȝ a te lōge
alienā. Accipe ḡ eā ſic cōmendatū
celeſteȝ theſauꝝ. vt deitatis diuiti
as ſicut pleniſſimā ſcitate: ſicut ꝑ
fectā iuſticia. Accipe eā ſicut vnige
niti māſionē. ſicut honorabile di/
uinū tēplū. ſicut domuȝ dei. ſicut
creatoris oīm ꝑpriā. ſicut regis au
lā: ſicut ſponſā celeſtē imaculataȝ
Jta ḡ ioſeph fili dauid ne time/
as accipe eā tibi cōmēdatā. tue re
ligioſitati creditā ᵱua futurā intē
dere fugiēs ab herode. Duc i egi/
ptū ⁊ iterū remeās poſt herodis
mortē reduc i ťrā iſrl'. ¶ Diceres
Quō recipe eaȝ debuit cū p̄us ac
ceptā nūquā dimiſit. Rn̄deť ᵱm
Criſ. Non i domū eā accipe de
buit vbi prius eā habuit. ſȝ i aīm
de q̄ eā depoſuit ex quo voluit oc
culte dimittere vt dictū eſt [ Qd
eñ i ea natū ē ] .i. ꝯceptū. ꝯceptio
eñ ē natiuitas i vtero [ de ſpū ſcō
eſt ] vt ſup̄ ē expoſitū .glo. Aliud
ē naſci i ea. ⁊ aliud naſci ab ea. Na
ſci ab ea ē ꝑdire i lucē. naſci in ea ē
ꝯcipi vel ᵱm p̄ſciam āgeli quā hꝫ
ex deo cui futurū q̄ſi p̄teritū ē na
tū dꝛ [ Pariet aūt filiū ] glo. ne vi
dereť ioſeph ampli⁹ ꝯiugi nō eſſe
necari⁹ cuȝ cōceptō eſſȝ facta ſine
ei⁹ auxilio ⁊ cōſilio. oñdit ꝙ q̄uis
nō ſit neceſſari⁹ cōceptui. tn̄ vtil' ē
ꝑcuratōni qꝛ ipa piet filiū. Et tūc
matri ⁊ filio erit neceſſarius. ma
tri vt eā ab infamia defenderet.

z filio vt eũ nutriret. z circũcidat q̄ circũcisio notat̄ cũ dr [Et vocab nomē eius iesus] In circũcisione em̄ solz nomē imponi. Nõ aũt dixit. piet tibi filiũ sicut ad zachariā Ecce elizabeth vxor tua piet tibi filiũ.qr mlier q̄ ex viro cõcepit marito suo filiũ parit.mag em̄ ex ipo est q̄z ex illa Hec aũt q̄ nõ de viro cõcepat.nõ viro filiũ pepit.sz sibi tm̄mõ. Ul' idet'miate h̄ ponit.vt oñdat q̄ eũ peperit orbi terrarum vniuerso.piet aũt filiũ z vocabis nomen ei⁹ iesum.i.saluatorē. Ipe em̄ saluũ faciet pplm suũ a pctis eor. Ubi āgelus inuit vtrāqz naturā in xpo.s.hũanā p partũ virgis.z diuiaz in saluando pplm a peccatis.qd solus deus facere hz Remigius. Hic āgelus oñdit eũ dē esse toti⁹ mũdi saluatorē.z nr̄e salutis auctorē.saluat q̄dem non incredulos sed populũ suũ h̄ est i se credētes saluat nõ tā a visibilibus hostib⁹ q̄z poti⁹ iuisibilibus. h̄ ē a pctis. saluat nõ armis pugnādo sz pctā relaxādo. Hoc aũt totũ factũ ē vt adimpleret̄ illud qd dictũ est a dño p prophetā dicētē. Ecce ṽgo i vtero habebit.vbi ly vt nõ ponit̄ causalit̄. Nõ em̄ iõ impletũ ē qr p̄dictũ fuit.sz qr iplēdũ erat.sz q̄ ṽgo ab angelo visitaret̄.q̄ casta et ppetua ṽgo fuaret̄. q̄ de spũsctõ gũida inueniret̄. q̄ de⁹ ab ea cõcipet̄.et q̄ puero hoc nomē iesus imponeret̄.vt iudei ex h̄ noscerēt ea esse impleta i gratia euāgelij q̄ p̄dicta erāt in testamēto veteri. Cõcordia eni sctõr circa iesum christũ ab initio sue icarnatõis vsqz ad finē cõuersatõnis sue sup terrā cũ scripturis legis et pphetarũ ē maximũ testimonium z irrefragabile q̄ ipe fuit z ē messias ver⁹ i lege z pphetis pmissus Et vocabunt nomē ei⁹ emanuel. Uocabũt nomē eius. s.p̄mo scti angeli psallentes. Scdo apli p̄dicātes. Tercio oēs fideles in ipm credentes. Uocabũt q̄dē nomen eius emanuel qd iterp̄tat̄ nobiscũ deus. Licz em̄ pri⁹ nobiscũ fuerit deus imo in oib⁹ creaturis. z cũz sctis specialr p grām .tñ in sua incarnatõe factus est nobiscũ specialiori q̄dam mõ.s.p hũane nature assumptõem. z p sensibilē int' nos cõuersatiõem. Jõ dr Baruch.iij. Post hec in terris visus ē z cũ hominib⁹ ꝯuersatus ē. Ex q̄ mag nosci t̄ bonitas dei z grā dignatiõis erga nos. s. q̄ ille q̄ añ oia secula ineffabiliter est a deo pr̄e genitus idē ipe in fine tēpor assũpta hũana carne ex ṽgine fact⁹ ē p nobis emanuel.i.nobiscũ de⁹ iesus xp̄s dñs nr̄ q̄ cũ pr̄e et spũsctõ viuit z regnat deus in scl'a bñdict⁹ amē.

## Dñica infra octauas natiui. Sermo octauus

Benedictus q venit zc̄.vt supra.

Nona q̄stio. Ex q̄ deus potuit sibi creare hũanitatē pfectā.vtpote in statu virili.z illā imediate assumere.q̄re voluit nasci puus puer z sustinere incõmoda pueril' etatis.cũ aliud videret̄ decēs et honorificũ A Notādũ q̄ vt dicit mgr̄ dis.iij.tercij. et doctores ibidē. Et sctũs Tho.in tercia pte sũme. q.xiiij. Dei filius assumpsit hũanā naturā nostram cũ illis defectib⁹ z ifirmitatibus q̄s ip̄m assumere decebat z nr̄e sa

luti cõgruebat. Aſſumpſit aũt defectus q̃ in oĩbꝫ hoĩbꝫ inueniunť. nõ tñ oẽs. qꝛ nõ illos q̃ tm̃ repugnãt ſcie ꝛ gr̃e. vt ſunt pctm̃ ꝛ ignorantia. ꝓnitas ad malũ ꝛ tarditas ad bonũ. Tales em̃ defectuſ nõ decuiſſent ſuã dignitatẽ. ꝛ non ꝓfuiſſent nr̃e ſaluti. Paruitas ãt mẽbroꝝ. imbecillitaſ corpis et alia q̃ in corꝑe ſequunť puericiam ſunt defectus ꝯueniẽtes oĩbꝫ hoĩbus cũ naſcũť. Et ideo dñs puericiã cũ talibꝫ aſſumpſit Primo ꝓpter fidẽ incarnatõis aſtruẽdam. Principaliť em̃ noſcim⁹ veram hũanã naturã ex defectibꝫ cõibus q̃bus ſubiacet totũ hũanũ gen⁹. Si ergo dei filius aſſũpſiſſ; hũanã naturã ſine talibꝫ defectibꝫ etiam pueril' etatis. putaſſent multi ip̃m nõ fuiſſe veꝝ hoĩem ſed euz carnẽ fantaſticã aſſũpſiſſe Paris em̃ ꝑiculi eſt ſi erreť circa hũanitatem xp̄i ſicut errare circa diuitatẽ Propter qđ dñs volẽs ſuis fidelibꝫ in oĩbꝫ q̃ ſaluti ſunt integre ꝓuidere. ſciẽs futuros aliq̃s hereticos q̃ dicerẽt ip̃m nõ verã humanã carnẽ nr̃e ſil'em aſſumpſiſſe. vt illoꝝ error ꝑ fideles depꝛhendereť ꝛ refutareť. atq; ita ỽitas fidei de vtraq; xp̄i natura ꝛ đ vera filij đi incarnatõe ꝛ hũanatõe pura apđ ip̃os fideles maneret integra ꝛ ĩcõcuſſa. ip̃e aſſumpſit iniurias infantiles et defectus pueril' etatis.

Scđo dñs ꝑuulus puer natus ẽ fragil' mẽbris ꝛ corꝑe: ĩpotẽs fandi ꝛ indigẽs alteri⁹ ope iđ vt illos et omẽs defectus ĩ nob deſtrueret. ꝛ eos oẽs a nob auferri mereret Vñ Amb. ſuꝑ Lu. Ille. ſ. xp̄s dñs ꝑuulus ꝛ infantul⁹ fuit vt tu vir poſſes eſſe ꝑfectus. Ille ĩuolut⁹ vt tu eẽ poſſes mortis laqueiſ abſolutus. ille in p̄ſepibꝫ vt tu in altaribꝫ. ille in terris vt tu ĩ celis. B Eſt tñ diligẽť circa h̄ notãdũ ꝙ in xp̄o ſũt tria. Primũ eſt diuitas. ꝛ neq̃q; putãdũ ẽ ꝙ ſ̃m illã pueril' fuerit et ĩdigens materno lacte ꝛ alijs hmõi. ſ; ſ̃m illã eſt coeq̃lis p̄ri et ſctõ ſp̃ui. ſic ab eterno fuit quẽ nihil latere p̄t ſicut nec potuit ab eterno. Cũ ergo audit ꝙ chriſt⁹ factus ẽ puer. ꝙ ſuxit vbera nõ diuitati attribuatis ſed corꝑi ip̃ius. vt doc; btũs Ambro. ſuꝑ Lu. Scđm in xp̄o eſt aĩa hũana. nec putãdũ ẽ ꝙ ſ̃m illã in ſua natiuitate aut maťno vẽo pueril' fuerit ꝛ ignarus vt de nob cõtingit ſ; in inſtãti ꝯceptõiſ ſue fuit ſ̃m illã aniam ꝑfect⁹ vir Qđ etiã dicit ꝓpħa Hierem̃. xij Nouũ faciet dñs ſuꝑ terrã mulier circũdabit virũ. loq̃ť de ỽgĩe benedicta q̃ vẽo ſuo circũdedit xp̄m nouem mẽſibꝫ. q̃ etiã fuit tũc ꝑfectus vir nõ ſ̃m corpus ſed ſ̃m rõnẽ ſ̃m quã habuit ſemꝑ in inſtãti cõceptõis plenũ vſũ liberi arbitrij et gr̃am et ſapientiã in tanta plenitudine. vt in his nec ꝓficere potuit. vt docet mgr̃ et doctores ĩ tercio di. xviij. imo et tũc ſ̃m animã ꝑfectus cõpꝛehẽſor fuit. vt iteꝝ docet mgr̃ di. xiij. tercij. ꝛ doctores ibidẽ Terciũ in xp̄o ẽ corpus humanũ. ꝛ ſ̃m illud fuit puer. qꝛ paruus mollis et fragil' in mẽbris. indigens cibo lacte balneis et alijs maternis reſpectibꝫ: ſicut ceťi ꝑuuli. et ſ̃m illud corp⁹ creuit ꝛ augmẽtabať vſq; ad ꝑfectõez corꝑis viril'. C Etiã dñs altiſſimã pauꝑtatẽ aſſũpſit. nat⁹ ei ẽ ditiſſim⁹ ĩ ỽtutibꝫ ꝛ ſp̃ualibuſ

bonis.ſꝫ ĩ tꝑalibꝫ bõis pauꝑrimꝰ
In via eñ et in aliena domo na/
tus eſt ⁊ nõ habuit pãnos niſi vi/
les qbus inuolueret. Et eſt in ar/
to ac duro ꝑ̃ſepio recliat ꝙ ⁊ ipa
mr̃ eiꝰ a brutis aĩalibꝫ mutuo re/
cepit calorẽ. Hoc ãt ñ factũ a caſu
ſꝫ ex diuiña ordinatõne ⁊ ꝓuidẽtia
Et iõ primo. vt ꝑ h̃ dñs nos ſuo
exemplo doceret cõtẽnere terrena
⁊ amare celeſtia. Scdo ꝓpter hõc
vt ſua pauꝑtate ſpõte ⁊ ĩnocenter
propter nos aſſũpta nobis mere
ret celeſtes diuitias Vñ Ambro.
Chriſtꝰ dñs aliũ locũ in diuerſo/
rio nõ habuit. vt plꝰes haberes in
celeſtibꝫ mãſiones. Cũ eñ (vt ait
Aplꝰus) diues eſſet factꝰ eſt pauꝑ
ꝓpter nos vt ipius inopia ditare/
mur. Et in ſer. inſtãtꝭ feſtiuitatis
iterꝫ dicit Ambro. Vñ xp̃s in via
naſcit. qꝛ viã nobis oñdere vene/
rat. Voluit in anguſto ꝑ̃ſepio re
clinari. qꝛ venerat nobis regni ce
leſtis latitudinẽ ꝑparare. nõ in ſe
ricis aut auratis pãnis: ſꝫ in vili/
bus inuolui voluit. q nob ĩmor/
talitatis ſtolã reddere venerat. cu
nis ſe aſtringi ꝑmiſit q nr̃os pe/
des ⁊ manus ad bona agẽda pa/
uerat ſoluere. Subdit. Quid ad
h̃ dicẽdũ fr̃es: exclamãdũ ẽ cũ ꝑ̃ſ.
Quid retribuã dño ꝓ omĩbꝫ q re
tribuit mihi. Ille qdẽ inuenit ca/
licẽ quẽ retribuit nos aũt redda/
mus qd poſſumꝰ. i. elemoſinas:
vigilias: lachrimas: pctã dimitta
mus in nos peccãtibꝫ. vt nr̃a no
bis a deo dimittant pctã. hec Am
bro. Et ſilr̃ dicit Beda ſuꝑ lu. dic̃
eñ Qui maior eſt oĩni laude par
uulꝰ natus eſt nobis. vt viri poſſi
mus eſſe ꝑfecti. q totũ mũduꝫ va
rio veſtit ornatu. pãnis vilibꝫ in/
uoluit. vt nos ſtolã ꝑmã recipere
valeamꝰ. Per quẽ oĩa facta ſũt
pedes: manuſqꝫ cunis aſtrigunt.
vt nr̃e manꝰ ad opus bonũ exten
te. nr̃iqꝫ pedes ad viã pacis ſint di
recti. cui celũ ſedes eſt, duri ꝑ̃ſepij
ãguſtia cõtinet. vt nos ꝑ regni ce/
leſtis gaudia dilatet. q panis eſt
ãgeloꝝ in ꝑ̃ſepio reclinat. vt nos
q̃ſi ſãcta aĩalia carnis ſue frumẽto
reficiat. q ad dextrã dei pr̃is ſedꝫ
⁊ in diuerſorio loco eget. vt nobiſ
in domo pr̃is ſui mltas prepararet
mãſiones D Itẽ xp̃s eſt deꝰ
oĩm ⁊ dñs oĩm ⁊ q̃cũqꝫ facta ſũt
circa ipm nõ ſũt a caſu fcã. ſꝫ ipiꝰ
ordinatõe ⁊ volũtate. Oĩa aũt q̃
a deo ĩmediate ſũt. ordinatiſſima
ſũt ⁊ cõuenient diſpoſita. Et qꝛ ſi
cut deꝰ elegit ſibi mariã ex q naſce
ret. ⁊ locũ in q. Ita etiã elegit ſibi
tp̃s ex q ab ipomet fuerat electuꝫ
Natꝰ eſt aũt in tꝑe deſcriptionis
orbis. Et h̃ cõueniẽt ideo qꝛ nos
ꝑ pctã fueramꝰ in captiuitate dia
boli. et xp̃s venit vt nos de ſtatu
illo redimeret. vt dic̃ Beda. Illo
tꝑe dignatuſ eſt incarnari: q mox
natꝰ cẽſus ceſarꝭ aſcriberet. atqꝫ
ad nr̃i liberatõꝫ ipe ſuitio ſubde/
ret. Etiã illo tꝑe natꝰ eſt q totꝰ mũ
dus ſub vno ꝑ̃ncipe viuebat ⁊ ma
xia pax fuit in mũdo. Et decebat
vt xp̃s illo tꝑe naſceret. q eſt pax
nr̃a faciens vtraqꝫ vnuꝫ vt dr ad
Eph. ij. vñ Hiero. ſuꝑ yſa. Vere ſi
reuoluiamꝰ hiſtorias et inuenies
vſqꝫ ad. xxviij. ãnũ ceſarꝭ Auguſti
ĩ toto orbe fraꝝ fuiſſe diſcordiã or
tã. orto aũt dño oĩa bella ceſſaue
rũt. Iuxta illud yſa. ij. Nõ leua/
bit gẽs cõtra gentẽ gladiũ Cõgru
ebat ãt vt illo tꝑe q vnꝰ princeps
dñabat in mũdo xp̃s naſceretur.

qui venit ſuos cōgregare in vnū
vt eſſʒ vnū ouile ꝛ vn⁹ paſtoꝛ. vt
dꝛ Joh.x. Tercio dñs naſcebatur
tpe reg alienigene vt impleretur
ꝓphetia iacob Gen̄.penul.dicētis
Nō auferet ſceptrum de iuda: et
dux de femoꝛe eius donec veniat
q mittēdus eſt. Et vt ait Chryſ.ſu
per math. Quādiu iudaica gens
ſub iudaic regul' q̄uiſ pctōꝛib te
nebat ꝓphete mittebant ad reme
diū ei⁹. nūc aūt qn̄ lex dei ſub po
teſtate reg iniq tenebat. naſceba
tur xp̄s. qꝛ illa magna ꝛ deſꝑabil'
infirmitas medicū artificioſioꝛe
reqrebat Quarto xp̄s naſci volu
it qn̄ dieſ ꝓlōgari incepit. ꝛ h ideo
vt dꝛ in li. vete. ꝛ noui teſta. vt oñ
deret ꝙ ipe venerat vt hoīes cre
ſcerēt in lucē diuinā. ſcḿ illō Lu.
.j. Illuminare his q in tenebr et
in vmbꝛa mortis ſedēt. Quinto
aſꝑitatē hiemis elegit ad natiui
tatē. vt tūc carnis afflictōnē pate
ret ꝓ nob E Et nota ꝙ ī xp̄o do
ſūt implete oēs ꝓphetie de ei⁹
natiuitate p̄dicte. Nat⁹ em̄ eſt ex
virgīe. ꝑ qd̄ impletū eſt illud yſa.
vij. Ecce vgo cōcipiet ꝛ piet filiū
ꝛ vocabit nomē ei⁹ emanuel. Na
t⁹ eſt in bethleē. ꝑ qd̄ impletū eſt
illud Michee. v. Et tu bethleē ſra
iuda neqq̄ es minia in p̄ncipib
iuda. ex te em̄ exiet dux q regat po
pulū meū iſrl'. ꝛ egreſſus eius ab
initio a dieb eternitat. Et vbi nos
habem⁹ exiet dux chaldaica trāſ
latio hʒ. exiet mihi meſſias. ꝛ per
iſta vba īnuit ꝓpheta duplicē na
turā in xp̄o vt alibi expōit. Nat⁹
eſt in tpe regis alienigene. ſ. hero
dis. per qd̄ impleta eſt ꝓphetia
iacob Gen̄. xlix. Nō auferetur ſce
ptrū, ꝛc. Nat⁹ eſt paup. qꝛ in via
in aliena domo. Inuolut⁹ eſt vili
bus pānis. Et reclinat⁹ eſt in p̄ſe
pio. ꝛ fuit volūtarie paup ꝑ totā
moꝛā ſuā in terra. ꝑ qd̄ impletū
eſt illud Zacharie. ix. Ecce rex tu⁹
venit tibi iuſtus ꝛ ſaluatoꝛ et ipſe
paup. Natus eſt tpe marie pacis
ꝑ qd̄ impletū eſt illud yſa. ij. Et cō
flabūt gladios ſuoſ in falces et lā
ceas ſuas in vomeres. tpe em̄ na
tiuitatis xp̄i in om̄ib regniſ hūa
no īꝑio ſubiect fuit pax general'
in terris adeo ꝙ tot⁹ oꝛbis tūc nu
merat⁹ eſt. vt pʒ luce. ij. Durauit
āt iſta pax in iudea de q ſra ꝓpha
p̄ncipaliter locut⁹ ē a ſcd̄o anno
ante xp̄i natiuitatē vſqʒ ad moꝛtē
ei⁹. ꝛ poſt ꝑ. xl. ānos vl' circiter. vt
pōt colligi ex dictis ioſephi et ali
oꝛū hyſtoꝛiogphoꝛū. Sed iudei
finalit rebellātib romanis dſtru
cti ſunt ꝛ captiuati ꝑ titū. xlij. āno
poſt aſcēſionē xp̄i. Veriſile aūt eſt
ꝙ in pace tā lōga ceſſantib bellis
multa arma ꝛ inſtrumēta bellica
fuerūt cōuerſa ī inſtrumēta agri
culture apta. ſic ſenſibilit videtur
in terr vbi poſt bella ſeqt pax di
uturna. Seqt ibidē. Nō leuabit
gens ꝯ gentē gladiū. ꝛ nō exerce
būt vltra ad pliū. Illō n̄ ipoꝛtat
pac eternitatē ſʒ tm̄ diuturnitatē vt
pʒ ex alia ſcriptura. Nā. iiij. Reg.
vi. dꝛ. Et non ve. vltra la. ſi. in ter.
iſrl'. et illud nō ipoꝛtat eternitatē.
uerſas et artes mechanicas inue nirēt in quoꝝ labores chriſtiāi ſi ne vexatōe intrauerūt ex h̄ vlteri us celeſtibꝫ vacātes. Quarto ad hoc valet cōmixtio illa vt boni ꝑ ſecutōne maloꝝ eluceſcāt exerceā tur et ꝓbenť. ⁊ in virtute ꝑficianť. niſi em̄ fuiſſent ꝑſecutores glori/ oſos martyres nō habuiſſ3 eccle ſia. Dicit Aug. Oīs malus aut iō viuit vt corrigať aut ꝑ eū bonꝰ ex erceať. et niſi fuiſſent heretici non ſic plene ⁊ diligēter ſacre ſcripture expoſite fuiſſent. ſicut dicit Aug. ī de vera religiōe. Cū em̄ heretici ꝑ ſcripturā diuinā fidem eccľie cona ti ſunt expugnare mgr̄i ⁊ rectoreſ eccľiaꝝ neceſſitati fuerūt ſcriptu/ ras diuias diligentiꝰ videre. copi oſiꝰ exponere. et mľta q̄ in eis la/ tebant apire. et plura ſcripturarū teſtimonia p̄ manibꝫ hr̄e ad obui andū aduerſarijs v̄itatis. ⁊ ad ſol uere ꝯtrarietates q̄ videnť ī ſcp̄tu ris eſſe. q̄ oīa facta nō fuiſſent ni/ ſi ꝑ hereticos coartati fuiſſent. ſic etiā dicit ſctūs Hilariꝰ. ij. đ trini tate. c. j. Quinto taľ ꝑmixtio pľi bus maľ occaſio cōuerſiōis ⁊ emē datōis fuit. iuxta illud Cū ſancto ſctūs eris. Ex hoc etiā diuia miſi cordia plurimū extolliť et mani/ feſtať ex quo ipos pctōres q̄ dig/ ni ſunt eterna morte ſuſtinet ī ec cleſia ſua vt maiorē occaſionē ha beāt penitēdi. Nō vult eni domi/ nus mortē pctōris. Jta ꝑ ptꝫ quō ex multis cauſis n̄ expedit vt ho/ mines mali tollerentur ⁊ eradica renť ab eccľia oēs tēptatiōes dia/ bolice. eradicareť eni multe ſimul virtutes. Nam virtꝰ in infirmita te ꝑficiť. Unde ſtimulꝰ carnis n̄ fuit ablatus apľo ad cuſtodiā hu

militat᷒ ⁊ ꝯſeq̄nter aliaꝝ virtutū̄

Dn̄ica ſeptuageſime Ser.xiiij

Simile ē̄ regnū̄ celoꝝ homini pr̄i familias q̄ exijt ꝑmo māe ꝯducere oparios ī vineā̄ ſuā̄ Mat.xx. F Nota ꝙ h̄ regnū̄ celoꝝ intelligit̄ p̄ſens eccl̄ia. p̱ pr̄em famılias intelligit̄ de⁹ pr̄ q̄ ita gubernat mū̄dū̄ ſic̄ pr̄ familias domū̄. ⁊ ſic [ſil̄e eſt regnū̄ celorū̄ ].i.ſtatus eccl̄ie militātis ſil̄is ē̄ ei negocio qd̄ pr̄ familias aliq̄s fecit ad lr̄am aut facere potuit. qꝛ ſicut aliq̄s pr̄familias diſtīctis horis diei cō̄duxit aut ꝯducere potuit oparios in vineā̄ ſuā̄. ſic de⁹ fecit in vniuerſali eccl̄ia ī diſtīct᷒ ptibꝫ totius tp̄is qd̄ fuit ab initio mū̄di vſq̄ʒ ad ei⁹ cō̄ſū̄matōeʒ. Nā̄ deus [ exijt ] nō̄ p̱ loci mutatōeʒ ſʒ p̱ ſui bonitatis ad extra diffuſionē̄. ſcʒ in creaturā̄ ſibi ſubiectā̄ [ ꝑmo mane ] id ē̄ ī ꝑncipio mū̄di [ ꝯducit oparios ī vineā̄ ſuā̄ ] Vinea d̄i eſt vniuerſal̄ eccl̄ia. q̄ a primo iuſto colligit̄ vſq̄ʒ ad vltimū̄ in fine mundi naſcituꝝ. vt dicit Gre. Hi oparij ſunt doctores ⁊ p̄lati a d̄o miſſi ad culturā̄ hui⁹ vinee p̱ p̄dicatōem ⁊ doctrinā̄. Primo ḡ mane de⁹ pater cō̄duxit oparios q̄ a ꝑncipio mū̄di vicʒ ab adā̄ vſq̄ʒ ad noe q̄ erat ꝑma etas mū̄di aliq̄s ſctōs pr̄es mū̄di ad eruditōeʒ hominuʒ elegit. videlicʒ Adā̄ Seth Enoch et aliq̄s iuſtos. [ et cō̄uētōne facta ex denario diurno ] p̱ denariū̄ diurnū̄ intelligit̄ eterna vita que oībꝫ eq̄lis eſt quantū̄ ē̄ ex p̱te finis.ſ.b̄titudinis obiectalis. Sic ergo ꝯuētōe facta p̱ denario diurno.i.p̱miſſa eis p̱ mercede vite eterne [ miſit eos in vineā̄ ſuā̄

Et egreſſus hora tercia ] Per horā̄ terciā̄ intelligit̄ tp̄us qd̄ fuit a noe vſq̄ʒ ad abraā̄.in q̄ deus iteꝝ miſit aliq̄s ſctōs ad erudiēdū̄ populū̄.ſ. Noe Sem Thare ⁊ conſimiles. Seq̄t̄. [ Iteꝝ aū̄t exijt circa horā̄ ſextā̄ ⁊ nonā̄ horā̄ ] Sexta fuit ab abrahā̄ vſq̄ʒ ad moyſen. ī q̄ miſſi ſū̄t abraā̄ yſaac ⁊ Jacob ⁊.xij.p̄triarche. Hora nona fuit a moyſe vſq̄ʒ ad xp̄m.ſ.tp̄e legis.in q̄ ad erudiēdū̄ populuʒ dei miſſi ſunt moyſes ⁊ aaron iudices ⁊ reges ꝓphete ⁊ ſacerdotes. [ Circa vndecimā̄ exijt ] Undecima hora intelligit̄ a tp̄e xp̄i vſq̄ʒ ad finem mū̄di.in q̄ gē̄tiles vocati ſū̄t p̱ p̄dicatōeʒ ap̄loꝝ ⁊ alioꝝ doctoꝝ eccleſie. ⁊ iō̄ ſeq̄t̄ [ q̄d ſtat᷒ h̄ tota die ocioſi ] qꝛ eni a ꝑncipio mō̄i vſq̄ʒ tū̄c ī bō̄is moribꝫ laborare neglexerū̄t q̄ſi tota die ocioſi ſteterunt. [ Dicū̄t ei.nē̄o nos ꝯduxit ].i.null⁹ ꝓph̄a.null⁹ doctor ad īſtruēdū̄ nos vē̄it.qꝛ lex ⁊ ꝓph̄e filijs iſrl̄ date fuerū̄t.vt illi in ſp̄ali ſc̄itate fulgerē̄t ex q̄bꝫ ſm̄ carnē̄ xp̄s erat naſcitur⁹ [ Ite ⁊ vos ī vineā̄ meā̄ ] ⁊ interponit̄ ꝯiū̄ctio.qꝛ gē̄tiles iudeiſ ꝯiū̄cti ſī̄t vt vna eccl̄ia ex oībꝫ fieret Sic ḡ ait Gre.ī ome. Ad erudiendā̄ plebē̄ ſuā̄ null̄o tp̄e deſtitit oparios ſuos mittere.qꝛ vt pri⁹ p̱ patres. ⁊ poſtmodū̄ p̱ leg᷒ doctoreſ. deīde p̱ ꝓph̄as.poſtremū̄ ꝓ͛o per ap̄los dū̄ pleb̄ ſue moreſ excoluit q̄ſi p̱ oparios ī vinee ſue cultura laborauit. Quis ī q̄l̄ibʒ modulo vl̄ q̄ſq̄s cū̄ fide recta bō̄e actōīſ excedit hui⁹ vinee opari⁹ fuit. Proſecutōʒ hui⁹ expoſitōis vide ī Nico. de ly. vſq̄ʒ ad finē̄. G Alio mō̄ exponit̄ p̱abola ō̄ ſingularibꝫ hoībꝫ ad gr̄aʒ ſiue ad bonā̄ vitā̄ ſʒ diuerſas ſuaſ etates vocat᷒. Et ita

ꝑ regnū celoꝝ intelligit᷑ pñs eccle
ſia vt ſup̄ dictū ē. et ſm Chriſoſt.
Paterfamilias eſt xp̄s cui celi ⁊
terra q̄ſi vna ē dom⁹ familia aut
celeſtiū terreſtriū ⁊ infernoꝝ cre/
atura. Per vineā vero ei⁹ intelli/
git᷑ iuſticia large capiēdo nomē iu
ſticie.ſ.p omī virtute. Et ita ſicut
in vinea ſūt diuerſe vites.ita in iu
ſticia ſūt diuerſe ſpēs iuſticiarū .ſ.
ꝟtutes vt tꝑantia māſuetudo ca/
ſtitas.patiētia. ceteꝗ ꝟtutes que
omēs generalit᷑ iuſticie vocantur.
Operarij vero q̄s mittit ad vineā
ſūt hoīes q̄s dñs cōuertit de pec
catꝫ ad bonā vitā. ⁊ ad hoc vt ſibi
ꝓpter ip̄m operent᷑ opa iuſticie ⁊ ſin
gulas ꝟtutes. Cōductō aūt p de/
nario diurno ſignificat ꝓmiſſiōꝫ
vite eterne omīb⁹ dandā qui ipſi
dño .i. ſibi ad laudē opat᷑ bona et
oīa opa iuſticie. Ad hāc vineā co/
lendam mittit pr̄familias xp̄s q̄
tidie operarios ſuos diſtinctꝫ horiſ
qñ.ſ. hoīes diuerſis etatib⁹ vocat
ad grām ⁊ bonā vitā ⁊ ad ꝟtutes
ac omēs iuſticie ſpēs ſectādas. qd̄
īnuit text⁹ cū dic̄ [ Qui exijt p̄mo
mane cōducere ⁊c̄ ] Ubi notādū
ſm Chryſ. Q omēs mercēnarij
ſum⁹. q2 vt pꝫ ex textu. Omēs a
xp̄o p̄mio vite eterne cōducti ſu/
m⁹ ad laborādū ſibi in vinea ſua
.i. ad laudē ⁊ glīaꝫ ſuā operando vir
tutes ⁊ opa iuſticie. Sic ḡ nemo
vt dic̄ Chryſ. iō cōducit mercēna
riū vt h̄ ſolū faciat vt manducet
aut vt ſolū ſibi ipi pficiat aut la/
boret. ſꝫ vt dñi ſui vtilitatē faciat.
ſic ⁊ nos nō ideo ſumus vocati a
xp̄o. vt h̄ ſolū operemur que ad
nr̄m ꝑtinēt vſū. ſꝫ q̄ ad glīaꝫ dei.
⁊ ſic mercēnari⁹ p̄us aſpicit opus
deinde q̄tidianū cibū. Sic ⁊ nos
debem⁹ aſpicere q̄ ad glīaꝫ dei ꝑti
nent. deinde q̄ ad nr̄aꝫ vtilitatē. et
ſic mercēnari⁹ totā dieꝫ circa op⁹
dñi impēdit. vnā aūt horā circa ci
bū ſuū. ſic ⁊ nos omē op⁹ vite nr̄e
debem⁹ impendere circa glīaꝫ dei
modicā aūt ꝑteꝫ circa vſus nr̄os
terrenos. Et ſicut mercēnari⁹ qua
die op⁹ nō fecerit erubeſcit īntrare
domū ⁊ petere panē. qñō tu non
cōfunderis ecclīaꝫ intrare. ⁊ ſtare
añ cōſpectū dei. q2 nihil boni ante
cōſpectū dei geſſiſti Sic ḡ ſumatꝫ
exemplū a vr̄is cōductꝫ operarijs
ꝓpria mercede. ⁊ ex h̄ diſcatꝫ intel/
ligere ad quāta vos obligamini
dño deo a q̄ habetis corp⁹ ⁊ aīaꝫ
⁊ omīa q̄ poſſidetis. ⁊ q̄ vltra hoc
vult vob̄ dare mercedē vite eter/
ne ℣ Scd̄o notādū ꝙ dies
ille ī cuius diuerſis horis paterfa
milias exijt ꝯducere operarios ītel
ligit᷑ totū tp̄s vite homīs in quo
mereri licet ⁊ amplius. iuxta illd̄
p̄s. Exibit hō ad opus ſuū vſq3 ad
veſperā. Et Job. xij. Oportet operari
dum dies eſt. Ueniet enī nox. ſcꝫ
mortis in q̄ nemo p̄t operari. Et ꝑ
quiq3 horas diei quibus exijt pa/
terfamilias intelligunt᷑ quiq3 eta
tes homīs. Nā p̄ma hora in qua
ſol oritur ⁊ nondū oſtēdit caloreꝫ
ſignificat pueriam. Tercia hora
ſignificat iuuētutē ſiue adoleſcēti/
am. q2 ſicut ſol incipit tūc aſcēde/
re ⁊ calorē oſtendere ſic tunc calor
naturalis. Hora ſexta etatē viri/
lem. q2 tūc hō ēſt in ſtatu ꝑfecto.
ſicut ſol in medio celi. Nona in
qua ſol īcipit ab alto deſcendere
ſignificat ſenectuteꝫ in q̄ hō inci/
pit declinare ⁊ calor naturalis fri
geſcere. Undecima hora in q̄ ſol
eſt ꝓpinqu⁹ ad occaſum ſignificat

ſeniū ſeu decrepitā etatē. qꝛ tūc hō eſt ꝓpe mortꝭ articulū. Qualibꝫ ġ illaꝝ horaꝝ mittunť aliq̄ opariȷ̄ ad vineā. qꝛ in aliq̄ etate aliq̄ con uertūť ad bonā vitā ad iuſticiā ſe ctādā ꝛ virtutes. Aliq̄ eīm conuer tūtur ad dn̄m in puericia de q̄bꝫ intelligiť cū dꝛ ⌊ Exiȷ̄t pmo mane cōducere oparios in vineā ſuā. et cōuētione facta cū eis ex denario diurno ⌋ i. ꝓmiſſa eiſ ꝓ mercede vi ta eterna. ⌊ miſit eos ī vineā ſuā ⌋ Aliȷ̄ vero cōuertunť in adoleſcen tia. Et de iſtꝭ intelligitur cū dꝛ ⌊ Et egreſſus circa horā terciā vidit ali os ſtātes in foro ocioſos ⌋ Greg. Qui ſibi viuit et q̄ voluptatibus carnis paſciť recte ocioſꝰ redargu itur qꝛ fructū diuini operis nō ſe ctať. Et Chryſ. ſup mat. d. Ocioſi peccatores illi eīm mortui dicunť Ocioſus aūt eſt q̄ opus dei non opať. Uis ergo ocioſꝰ nō eſſe nō tollas aliena. ꝛ de tuis des. ꝛ opa tus es in vinea dn̄i miſicordie vi tē. Et nota ꝙ nō fecit pactū ꝓ cer to precio niſi cū pmis. ꝛ om̄es ali os ſub īcerto pacto ꝯduxit dicēs. ⌊ Ite ꝛ voſ ī vineā meā. ꝛ qđ iuſtū fuerit dabo vobis ⌋ Et h̄ ideo facit ſm Chryſo. Quia tātū eſt patus reddere quantum mercēnariȷ̄ nō ſperabāt accipe. Un̄ ſm Orige nē. Opariȷ̄ tercie hore nō inuita uit ad totū opꝰ q̄cquid aūt potu erunt opari ſuo iudicio reſeruat. Poterāt āt eq̄le opꝰ facere eis q̄ mane ſūt vocati. ſi volebāt opan tē virtutē extendere ad opꝰ. Aliȷ̄ vero cōuertunť in virili etate Aliȷ̄ in ſenectute. Et h̄ inuiť cū dꝛ in te xtu. ⌊ Iteꝝ āt exiȷ̄t circa ſextā ꝛ no nā horā ꝛ fecit ſilr ⌋ Aliȷ̄ cōuertūť ad deū ī decrepita etate ꝓpe extre mū vite. ꝛ d iſtꝭ dꝛ ⌊ Circa. xȷ̄. exiȷ̄t ꝛ inuenit alios ſtantes. ꝛ dicit eis. Quid h̄ ſtatꝭ tota die ocioſi ⌋ Ubi rep̄hendūtur illi q̄ in tota ſua vi ta neglexerūt opari bonū vſq ad ſenectutē aut decrepitā etatē. et ſi tūc bn̄ opari incipiūt: mercedem ſuā habebūt. q̄ꝫius mlťa neglexe rint q̄ mereri potuerūt Et h̄ inuit hic Greg. d. Qui vſq ad etatē vlti mā bn̄ viuere neglexit. vſq ad. xȷ̄. ocioſus ſtat. vn̄ recte vſq ad. xȷ̄. torpētibꝫ dꝛ. Quid hic ſtatis tota die ocioſi. ac ſi aperte dicatur. ꝛ ſi deo in puericia ꝛ ī iuuētute ſeruire noluiſtis ſaltē ad vltimā etatē re ſpicite ad vite vias. cū iā nō eſtis mlťū laboraturi. vel ſero venite. Sequiť. ⌊ Dicūt ei. Nemo nos cō duxit ⌋ Nullꝰ eoꝝ q̄ vſq ad ſene ctutē bn̄ viuere neglexit ita ſe excu ſare poterit. Nō enī poterit vera citer dicere. Nemo me cōduxit. qꝛ pr familias xp̄s q̄ꝫtū ad ſe ꝑtinet oēs a primeua etate vocat. vt dič Chryſ. ſed nō oēs ſequūť vocāteꝫ I Ubi notādū ꝙ ſm ſanctuꝫ Tho. in. iiȷ̄. di. xvȷ̄. duplex eſt vo catio. Una ē interior. ꝛ eſt q̄dā in ſtinctus aut motꝰ ad bonū a deo miſſus. ꝛ ita dn̄s oēs vocat. oībꝫ eīm dedit rōeꝫ naturalē q̄ hꝫ quen dā naturalē inſtictū ꝛ inclinatōeꝫ ad bonū. ꝛ vltra h̄ ſepe īmittit ho minibꝫ aliq̄s motꝰ boni. Et pōt ī telligi illud p̄s. Multi dicūt quiſ oſ̄dit nobis bona. Quibꝰ rn̄dꝫ ꝓ pheta dicēs. Signātū ē ſup nos lu men vultus tui dn̄e. Un̄ ſm glo. Uultus dei rō nr̄a eſt. ſicut ei vul tus cōformitate aliꝰ aliȷ̄ ſimilať. ita ꝑ rōem nos deo ſilēs ſumus. ſm illud. Fecit deꝰ hoīeꝫ ad ima ginē et ſilitudinē ſuā. Uult ġ dice

re. O dñe lumen naturał rõis ſiğ tum eſt ſup nos. i. nobis a te da/ tũ ⁊ impſſuʒ q̃ coğſcere poſſum⁹ agẽda a nõ agẽdis. Alia ẽ vocatõ exterioꝛ q̃ fit p p̃dicatoꝛẽ. ⁊ ſi q̃ ad illã aliq̃ ſe excuſare vellẽt nos tñ minime excuſare poſſum⁹ vt di/ camus. Nemo nos ad laboꝛẽ cõ duxit. i. veritatꝭ viã nemo nobis p̃ dicauit. Quia dicit Greg. Quid nos a bono ope toꝛpẽtes excuſa/ tõem nr̃am dicturi ſum⁹. q̃ pene a matris vtero ad fidẽ venim⁹. q̃ ꝟba ab ip̃is cunabulꝭ audiuimus. q̃ ab vberibꝫ ſancte eccł'ie potũ p̃ dicatõis ſupne ſumpſim⁹ cum la/ cte carnis. Ex dictis ğ ptꝫ ꝙ omneſ vocati ſum⁹ ad operandũ in vinea dñi. h̃ eſt in ꝟtutibꝫ. ſʒ nõ oẽs vo cantẽ audim⁹. qꝛ nõ oẽs ſeq̃ndo verba p̃dicatõis exťioꝛis aut inſti ctũ aut ãmonitõem interioꝛẽ cõ/ uertimur ad deũ p bonã vitã p in ſtinctũ diuine iuſticie et p opa bo na in quibus ſolũ dei ğram⁹ glo riã. Unde Gre. in omę. Frẽs mi noꝛes vos aſpicite. et ſi iã dei ope rarij eſtis videte. penſet vnuſq̃ſqꝫ q̃d agat et cõſideret ſi in via dñi la boꝛet. Qui enĩ in hac vita q̃ ſua ſť q̃rit adhuc ad dñi vineã nõ vẽit. Ille nãqꝫ dño laboꝛat q̃ non ſua ſed lucra dñi cogitat. q̃ ʒelo chari tatis. ſtudio pietatꝭ inſuiũt. q̃ aĩa bus lucrãdis inuigilãt. q̃ ⁊ alios ſecũ ad vitã pducere feſtinãt. Ita ergo conemur eẽ dei operarij. qꝛ ſolũ illi q̃ ĩ vinea dei dño laboꝛãt recipiẽt p p̃mio mercedẽ vite etẽr ne. De q̃ cõſeq̃nter agiť cũ dicitur [Cũ ſero factũ eſſet.] Ubi p ſero ẜm Rabanũ intelligiť cõſũmatõ totius mũdi. in quo vnuſq̃ſqꝫ reci piet mercedẽ ẜm ſuũ laboꝛẽ.

R Tũc deus pater dixit chri/ ſto dño cui iudiciariã ptãteʒ cõmi ſit [Uoca operarios] Nam ad iuſ ſum filij dei oẽs moꝛtui reſurgẽt ad iudiciuʒ vt q̃libet accipiat ẜm opa ſua [Redde illis mercedẽ in cipiens a nouiſſimis vſqꝫ ad pri/ mos] Dicit Chriſo. Quia ſp libẽ tius damus illis q̃bus gratis da mus qꝛ illis ſoluʒ p honoꝛe nr̃o damus. mõ licꝫ deus ex liberali/ tate ſua ⁊ miſericoꝛdia ſua dat vitã eternã oĩbꝫ q̃b⁹ eã dat. tñ illa ſua libalitas et miſericoꝛdia pl⁹ relu/ cet in hoc ꝙ eã dat illiſ q̃ ĩ ſenectu te incipiũt bñ opari q̃ꝫ q̃ in iuuẽtu te. Et h̃ voluit dñs ĩnuere cũ dic̃ a nouiſſimo ĩcipiẽdũ eẽ. Uel p ſe ro p̃t intelligi vniuſcuiuſqꝫ hoĩs finis poſtq̃ꝫ nõ ẽ ampli⁹ operandũ ſed tñ eſt tp̃s recipiẽdi mercedẽ. Et vocatio operarioꝝ ẽ eoꝝ exit⁹ d̃ hac vita. ⁊ puentio ad iudiciũ pti culare. vbi nouiſſimi. i. q̃ tarde ⁊ ĩ ſenectute prio cõuerſi ſũt ad do/ minũ p̄us remunerãť. plerũqꝫ qꝛ prius ad regnuʒ de coꝛpe exeunt q̃ꝫ hi q̃ in puericia vocati videbãť vt dicit Gre. Uel in ſenectute con uerſi pri⁹ remunerãť. i. citi⁹ a con uerſione cõputãdo. qꝛ poſt labo/ res breuioꝛeſ vt poſt laboꝛes vni us anni vel paucoꝝ dieꝝ vł vni⁹ hoꝛe ſicut latro. cõuerſi ꝟo in iu/ uentute plerũqꝫ tardi⁹. hoc ẽ poſt laboꝛes plixioꝛes vt. l. vel. lx. an/ noꝝ. ſeq̃ť. [Cũ ergo veniſſent qui circa. xi. hoꝛã venerãt acceperť ſin gulos denarios.] p qd̃ ſignifica tur ꝙ ſinguli electi accipient bea/ titudinẽ eandẽ eternã obiectalem p p̃mio. ſ. diuinã eẽntiã q̃ ſe oĩbꝫ dabit ad videndũ et amãdũ. ſʒ ñ accipiẽt eandẽ aut eq̃lẽ btĩtudinẽ

formalē. ſed vn⁹ clari⁹ videbit de
um ꝛ pfecti⁹ eo fruet. ꝛ ſic etiā pl⁹
in eo gaudebit ꝙ̄ alius. Nam ſm
diuerſitatē meritoꝝ hui⁹ erit ibi
diuerſitas pmioꝝ. Vñ Job. xiiij
Jn domo pr̄is mei māſiōes mul
te ſunt. Et ꝑ me ad Cho. xv. Stel
la differt a ſtella in claritate. Jteꝫ
denari⁹ ille. i. btitudo pōt dici ea
dem ꝗ ad duratōem. qꝛ oīs aīa p
petue a pte poſt durat. iuxta illud
Sap. v. Juſti aūt im ppetuuꝫ vi
uent. Unde Aug. in de ꝟginitate
Quia ipa vita eterna pariter erit
oībus ſanctis eq̄lis denari⁹ ē oi/
bus attribut⁹. qꝛ eſt oīm merces.
qꝛ ꝟo in ipa vita diſtincte fulge/
būt lumina meritoꝝ multe ſunt
māſiones apud pr̄em. ac in dena
rio ꝗdē nō impar viuet ali⁹ alio p
lixius. in multis aūt māſiōibus
honorat ali⁹ alio clarius. ſeq̄tur.
[Et accipientes murmurabāt.]
Querit. quō murmurabūt cū di
cat Greg. ꝙ nullus ꝗ murmurat
regnū celoꝝ accipit. et null⁹ ꝗ acci
pit murmurat. Rn̄det Chriſo. ꝙ
nō optet ea ꝗ in pabolis dicunt
ſm totum qꝺ dicit inueſtigare. ſꝫ
intentōem propter quā poſita eſt
intelligere. Jntētio aūt ē eos tan
to potiri honore ꝙ poſſet hūano
mō inuidiā i alijs nō btis genera
re. Vel dꝛ ꝙ duplex ē murmura/
tio. ꝗdā q̄ſtionis alia āmiratōis.
Jlli ergo ꝗ i iuuētute cōuerſi ſunt
vident q̄ſi āmirari cū vidēt h̄ ali
q̄s tarde cōuerſos ſibi pferri i be
atitudine vel eq̄ri. eo ꝙ iſti tarde
cōuerſi in breui tpe tā feruide do
fuierūt ꝙ etiā alijs eq̄ri aut p̄ fer
ri meruerunt. Seq̄ntia in opari
pn̄t faciliter aptari ad pmā expo
ſitōeꝫ propter quā pabola pncipa
liter poſita ē. Seq̄t in fine. [Sic
erūt nouiſſimi pmi et primi no/
uiſſimi] Hic ponit duplex ſnīa ꝗ
trahit ex pabola. Prima ē ꝙ ple
rūqꝫ illi ꝗ a iuuētute in iuſticia ſte
terūt. eo ꝙ nō ſáūt ſe grauiora pec
cata cōmiſiſſe ſtāt ꝗdē i iuſticia ſꝫ
ſt tardi ad exercēdū magna opa
bona. Ecōuerſo ſepe ꝗ tarde inci/
piūt cū cōſiderāt ſe a deo tādiu er
raſſe et tps ſuū tā inutilit cōſum
pſiſſe dāna illa recōpēſare volētes
valde inardeſcūt ad multa bona
opa. qꝛ oīa p deo derelinquūt. cō
tumelijs gaudēt. honores fugiūt
ꝛ ſic in breui tpe pl⁹ merent ꝙ̄ te/
pidi ꝗ diu in iſta vita vixerunt.
Sūt etiā nōnulli ꝗ p⁹ ſtudia bo/
noꝝ opeꝝ a bonis deficiunt. ꝛ ſic
cū fuerint pmi fiunt nouiſſimi
Jtē dicit Chriſo. ꝙ illa pabola ſit
cōpoſita vt illos auidiores facerꝫ
ꝗ i vltima ſenectute cōuertūt ad
dn̄m ne eſtimarēt ſe min⁹ habitu
ros. imo vt dictū ē pn̄t ſic feruere
i charitate ꝙ eq̄bunt alijs aut ex
cedent eos. Vñ Gre. in omē Ple
rūqꝫ ꝗ poſt venire decreuerit p a/
gilitatē boni opis añcedit nos. ꝛ
vix eū cras ſeq̄mur quē hodie p̄/
ire videbamur. Ultimū qꝺ ſcri
bit ē valde terribile. ſ. [Multi āt
ſūt vocati pauci ꝟo electi] Qꝛ vt
dicit Gre. Ad fidē pl̄es veniēt. ad
celeſte gaudiū pauci pducūt. Ecce
vox oīm fideliū xp̄m clamat. ſed
nō oīm vita clamat. pleriqꝫ deū
vocib⁹ ſeq̄ntur moribus fugiēt.
Hinc ad Titū paul⁹ dicit. Qui
ꝯfitēt ſe noſſe deū fact aūt negāt
Et Jacobus ait. Fides ſine opibꝫ
mortua ē. Et dn̄s Mat. vij. Nō
omnis ꝗ dicit mihi dn̄e dn̄e in/
trabit in regnū celoꝝ ꝛc̄.

Dominica ſexageſime
Sermo xv.

# Cum turba

multa cõueniret ⁊ de ciuitatibus pperarẽt Luce.viij. Per ſeminatorẽ illũ debemus intelligere dei filiũ ieſum chriſtũ q exijt nõ localiter. vbiqꝫ eñ eſt. ſed p amictũ ⁊ ſuſceptõem carnis venit ad nos vt dič Chryſ. Hic ſemiator poſtqꝫ pabolã pſẽtis euãgelij ꝓpoſuit dixit. Qui habet aures audiẽdi audiat. Ubicũqꝫ in ſcripturis hoc vbũ ponit̃ excitatio eſt mentꝫ ad intelligẽduꝫ myſteriũ. et tũc tradit̃ doctria ſub myſtica forma. Greg. Oẽs q illic aderãt aures corpis habebãt. ſed cũctis aures habẽtibus ſi qs aures hẽat dič aures ꝓculdubio cordis q̃rebat. Et ſic ẽ ſenſus. [Qui habet aures ad audiẽdũ]. i. aĩe potẽtias ad intelligẽdũ aptas audiat. carnalit̃ eas apponat. vt qđ myſtice et pabolice ꝓfert̃ intelligat. ⁊ intellecta obediẽter cõpleat Poſt hoc interrogat⁹ a diſcipuliſ expoſuit eiſ pabolã dicẽs [Semẽ eſt verbũ dei] ipa. ſ. veritas euãgelica ⁊ tota ſacra ſcriptura quã dei filius p ſe ⁊ ſuos apl'os ſemĩauit in eccl'ia. ⁊ quotidie p doctores et p̄dicatores ſemĩare nõ ceſſat.

Sunt autẽ auditores vbi dei et q ſuſcipiũt ſemẽ illud in q̃druplici differẽtia. Primi ſunt ad modũ vie. ⁊ ſunt homĩeſ q habent carnales mẽtes. ⁊ q̃ꝝ corda ſunt totaliter data mũdo ⁊ mundanis reb⁹. et ſicut via cõmũis ẽ ⁊ patet oĩbus trãſeũtib⁹. ſic corda taliũ cõia ſt̃. et patẽt oĩb⁹ vaniſ ſutilib⁹ carnalib⁹ ⁊ mũdanis cogitatõib⁹ ⁊ affectõib⁹ qb⁹ q̃tidie terit̃ ⁊ calcat̃ ⁊ fit durũ ad omne bonũ. Et ideo ſic̃ ſemen male cadẽs ſup viã tritã nõ pfundat̃ in ea. ſic tl'es cũ verbũ dei audiũt nõ pfundãt̃. nec radicat̃ in eoꝝ corde. q꞉ propter eoꝝ carnalitatẽ ⁊ imundiciã cogitationũ ⁊ maliciã affectionũ anim⁹ eoꝝ nihil ad dei verbũ afficit̃. nec aliquã in eo delectatõꝫ habent. ⁊ iõ nõ conãt̃ illud intelligere. nec memorãt̃ illđ retinere. nec p illud mouent̃ ad cõpunctõꝫ cordis ad alios tẽptanduꝫ de ſalute ſua. Uñ dič Beda. Sũt qdẽ qui verbũ dei qđ audiũt nulla fide. nullo intellectu. nulla ſaltẽ tẽptã de vtilitatis occaſiõe pcipiũt. De qbuſ dicit [Qui circa viã] Semẽ etiã verbi dei qđ in taliũ cordib⁹ ſemĩatũ ẽ demões q̃ſi ſemẽ vie trite ſubito auferũt a memoria ipſorũ. ⁊ p imiſſiones malaꝝ cogitationũ et immũdaꝝ affectionum. Unde Gre. xix. mora. Mali ſpiritus humanas mẽtes obſidẽtes dũ ipis cogitatões noxias ĩgerũt verbuꝫ vite a memoria euellunt. Et h̄ voluit dñs cũ exponẽdo pabolã dixit. [Qui aũt ſecus viã hi ſunt q audiũt. deinde venit diabolus ⁊ tollit verbũ de cordibus eoꝝ ne ſalui fiãt] Etiã ſicut propter hoc q꞉ via oĩbus patꝫ trãſeũtibus ideo ſemẽ cõculcat̃ ⁊ nõ fructificat. ſic propter h̄ q꞉ corda taliũ patẽt oĩb⁹ vanis cogitatiõib⁹ ⁊ affectõib⁹ p eos verbũ dei ꝯculcat̃ et delet̃ de corde ⁊ nõ fructificat. Uel etiã ſicut ſemẽ cadens ſup viã cõculcat̃ pedib⁹ trãſeuntiuꝫ. ſic (ſm Euſebiũ) aliq cũ audiunt verbũ dei pmittunt põſtea in eis ſuſceptũ ſemẽ cõculcari p fallaceſ.

ſeductores q̄ eis dicūt. Quis omnia illa pōt ſuare. Nō eſt res tam dure intelligēda. nō ſunt mādata dei tā ſtricta. de⁹ ē miſicors. ¶ Alij habēt ſe ꝑ modū petre. ſicē em̄ ſemen ꝓiectū ſupra petrā aut ſup murū ātiquū figit q̄dē breues radices et creſcit aliq̄ntulū ſed ꝓpter tenuitatē calami et defectuꝫ humoris ſupueniēte calore ſol'citò areſcit et nō ꝑuenit ad fructuꝫ. ſic aliq̄ verbū dei cū deſiderio audiūt et cognoſcūt ipi⁹ vtilitatem ꝛ in eo delectanꝑ intātū ꝙ etiā ex ipius auditōe corde cōpūgunꝑ ꝓ pctis ſuis ꝛ ꝯcipiūt multiplex ꝓpoſitū bonū. imo aliq̄n ex cōmonitōe dei ꝟbi incipiūt oꝑari bōa. cū aūt venerit eſtus tēptatōis tūc q2 nō habuerūt firmā voluntatē ſed leuē. nec habēt humorē deuotōis ꝛ gratie ideo nō eſt i eis radicatū et bn̄ firmatū illud ꝓpoſitū. q̄re tēptatōe fatigati a bono propoſito recedūt. ꝛ bn̄ inchoata derelinquūt. nec ad fructū ꝑſeuerantie ꝑducūt. Hoc voluit dn̄s cum dixit [ Nam qd̄ ſupra petrā hi ſūt q̄ cū audierint cū gaudio verbuꝫ ſuſcipiūt et hi radices nō habent. q2 ad tpus credūt et in tpe tēptatōis recedūt ] De illis ponit exēplum btūs Gre. in omē. hodierna dicens. Multi nāq3 cū ꝟbū ꝯ auariciā audiūt eandē auariciam deteſtanꝑ. rerꝫ omniū contēptum laudāt. ſed mox vt viderit anim⁹ qd̄ cōcupiſcit obliuiſciꝑ qd̄ laudabat. Multi cū verbū contra luxuriā audiūt pollutōem carnis non ſolū ꝑpetrare nō appetūt. ſed etiam ꝑpetratas erubeſcūt. ſed mox vt carnis ſpecies eorꝫ ocul' apparet ſic mens ad deſideriū rapiꝑ ac ſi adhuc nihil ſit ab ea contra hec eadē deſideria dliberatū. Itē gloſa dicit. Multi audiētes diſputatōem contra auariciā et luxuriaꝫ dicūt cōtemptores ſeculi vel etiā caſtos hoies cēhtōs. ſed vbi ſpēs ꝯtēptibiles eorꝫ obtutib⁹ p̄ſentātur mox ab eis recedit q̄cq̄d boni cōceperunt. et ideo hoc q2 radices nō habēt. Temptatōe em̄ probaꝑ an verbū dei radices fixerit. ſicut i petu ventorū apparet ſi arbor ſit bene radicata. ¶ Tercij habent ſe ꝑ modū ſpineti. Sic ergo ſemen ꝓiectū in dēſum ſpinetum figit quidē radicē et germīat herbam. et creſcit aliq̄n in calamū ſꝫ ex denſitate ſpinarꝫ deprimitur et ſuffocaꝑ et nō fructificat aut modicū. ſic aliqui verbū dei audiunt cum deſiderio et in eo delectanꝑ. vt in priori mēbro. ſed diuitie et amor earꝫ et ſollicitudines ſeu cure q̄s diuitie et amor earꝫ cauſāt ꝛ voluptates q̄ ex diuitijs frequenter ſequunꝑ ſemen ꝟbi dei deprimūt et ſuffocant in cordib⁹ eorꝫ vt no fructificet. ſ. bonas cogitatōes bona deſideria ꝛ oꝑa ſpūalia aut parꝫ. Suffocāt quidē ſ̄m Grego. q2 importunis ſuis cogitatōibus guttur mētis ſtrangulant. et duꝫ bonū deſideriū intrare ad cor nō ſinunt quaſi aditū flatus vitalis vetant. Et dixi notāter vel parū. quia ſicut ſemen inter ſpinas aliquādo fructificat aliqua grāna ſed parua et pauca. ſic ſi diues aliq̄s fructificat in bonis oꝑib⁹. iſta tamen ꝓpter ſollicitudies et delicias parua ſunt et pauca ac imꝑfecta. Propter hoc Aug⁹ diuitias comparat fiſco. vt dixi in materia de auaricia. Hoc voluit dn̄s cuꝫ di

rit. [Quod aūt in ſpinis cecidit hi ſunt q̄ cū audierint euntes ] .ſ. aliquo mō p̄dicatōis [ et a ſollicitudinib⁊ et diuitijs et voluptatibuſ ſuffocant̄ et nō referūt fructum ] De iſtis ambob⁊ mēbris ſil' dicit Beda. Sūt q̄ auditi verbi ꝛ vtilitatē ꝓbant et deſideriū guſtāt. ſ; ne ad h̄ quod ꝓbant ꝑueniāt. alios hui⁹ vite aduerſa terrēdo. alios ꝓſꝑa blādiēdo retardāt. De p̄mis dicit̄. Qui ſupra petroſa. De ſecundis. Qui in ſpinis. De his tribus dicit Chriſ. Ut in breuib⁊ plura cōp̄hendā. hi q̄dam ſunt tanq̄ȝ negligentes audire. hi tanq̄ȝ delicati et debiles. hi ṽo tanq̄ȝ ſerui facti voluptatis et nō mūdi a bono deſiſtūt. Bon⁹ etiā ordo vie petre et ſpinaꝝ. opus enim eſt primo memorie ꝛ cautele. deīde fortitudinis. cōſeq̄nter cōtēpt⁹ p̄ſentiū. ¶ Dicit aliq̄s. Quiſ fatuus agricola ꝓijceret ſemen in viā vel ſupra petrā. vel int̄ ſpinas ſic p̄dicator inſipiēter facere videt̄ ſi p̄dicaret indocibilib⁊ et indiſpoſitis ſicut hic ſignant̄. Non enim ſunt margarite ꝓijciende an̄ porcos. Ad hoc rn̄det̄ dupliciť. Prīo ꝙ hic nō dicit̄ ꝙ ſeminans ꝓiecit aliud ſecus viā. ſed dicit̄ ꝙ ſemen cecidit aliud ſecus viā. ſic p̄dicator intēdit p̄dicare nō ineptis. ſ; ipſe facit qđ in ſe eſt p̄dicādo. ſed ſi ṽbum recipit̄ ſic vel ſic eſt ex ꝑte auditoris. Alio mō dicit Chryſo. ꝙ increpādus eſſ; agricola q̄ ſup̱ ſēſibiles ſpinas petrā aut viā ſeminaret. Nō em̄ eſt poſſibile petrā terram fieri. nec viam nō eſſe viā. aut ſpinas nō eſſe ſpinas. in rationabilibus ṽo ſecus ē. poſſibile ei eſt petrā conuerti in terrā piguē. et viā nō conculcari. ꝛ ſpinas diſſipari. Ideo nō eſt vanū ꝛ inutile p̄dicare etiā malis. Quarti habent ſe ꝑ modū terre bone bene culte ꝛ mundate a ſpiniſ tribulis aut alijs nociuis. eo ꝙ corda talium ſunt culta exercicijs virtuoꝝ. ꝛ mūdata a ꝑturbatiōib⁊ ſollicitudinū et īmūdaꝝ cogitationum ac malaꝝ affectionū. et ab amore p̄ſentiū et mundi. Sicut ergo ſemē ꝓiectū in talē terrā bonā figit radices. germiat herbā. creſcit ꝛ fructificat ī abūdantia. Sic ſemē ṽbi dei in tale cor cū gaudio et delectatōe ſuſceptū figit̄ in eodē. mēoriter retinet̄. et germinat bona deſideria et ꝓpoſitū firmū qđ in ꝓſꝑis ꝛ aduerſ̄ retiet ꝛ vſq; ad fructū ꝓducit bonaꝝ op̱ationū et retributōis eterne. ¶ Et nota ꝙ illos q̄ ſunt ſignati ꝑ terrā bonam ꝛ in q̄bus verbi ſemen abūdāter fructificat oportet habere cōditōnes oppoſitas p̄dictis q̄ ſignt̄ ꝑ viā. petrā et ſpinas. optet ei illos primo memoriter retinere ṽbu; ſuſceptū et caute cuſtodire ne demones ꝑ malas īmiſſiones illđ tollāt de cordib⁊ eoꝝ. aliter enim nō ꝓdeſſet ſicut nec cibus reiectuſ Unde Gre. ī ome. hodierna. Verba dei que aure ꝑcipitis mēte retinete. eſt em̄ ſermo dei cib⁊. ſic̄ igit̄ cibus ſtomacho lāguente reijcit̄. ſic q̄n ſermo audit⁹ in ventre memorie nō retinet̄. ſed q̄ſq̄s alimenta nō tenet ꝑfecto de ei⁹ vita deſperatur. Eterne ergo mortꝭ periculū formidate ſi cibū ſancte exhortationis accipitis. ſi ṽba vite ꝛ alimenta iuſticie ī memoria nō tenetis. Oportet igit̄ memorit̄ retinere verbū dei. et hoc eſt contra

riū illis qui ſecus viā vbi vēit dia bolus et tollit verbū. Secūdo optet illos eſſe firmatos in patiētia. vt. ſ. letanter aduerſa ſuſtineāt aut cū tā moderata triſticia vt propterea nec mala faciāt nec a bono cui ꝓpoſitū a vbo dei conceperīt deſiſtant. ꝛ hoc eſt contrariū ad illos qui ſupra petrā. q̄ ad tp̄s credunt et in tp̄e temptatōnis recedūt. Sic em̄ calam⁹ q̄ exurgit de ſemine ſupra petrā tenuis ꝛ ībecillis eſt. et male radicat⁹. et iō ab eſtu ſolis cito exurit. et areſcit. ſic ꝓpoſitū bonū qđ ex verbo dei cōcipit in corde nō diſpoſito ꝑ patientiā debile eſt ꝛ infirmū. Et iō ſuꝑueniente aliq̄ temptatōe aut aduerſitate cito euaneſcit. Tercō optet eos habere cōtemptū p̄ſentiū. ꝛ hoc eſt ꝯtra illos q̄ in ſpiniſ in q̄bus amor p̄ſentiū ꝛ ſollicitudines ſuffocant vbū dei. De illis igitꝛ intellexit dn̄ſ cū dixit. [Qđ āt in terrā bonam hi ſunt q̄ in corde bono ꝛ optimo audiētes vbū dei retinēt in memoria. et fructū afferūt in patiētia]

## Dominica quinquageſime Sermo xvi.

**Aſſumpſit** ieſus duodecim diſcipulos ꝛ ait ill' Ecce aſcēdimus hierl'imā ꝛ cōſūmabuntur oīa Mat. xx. De paſſione dn̄i de qua in euāgelio fit mētio hodie nō eſt dicendū. ſed reſuandū eſt ad ſuū tp̄s. ſ. ad vltimā hebdomadā q̄ddrageſime Nō tn̄ q̄rendū ē cur dn̄s an̄ tp̄s paſſiōis ſue diſcipul' ignominia et ſil' glīaꝫ reſurrectōis p̄dixerit. Pro q̄ notandū q dn̄s ſepe p̄dixit diſcipul' ſuis paſſionē ſuā et mortē. vt patet Mat. xvi. poſtq̄ꝫ petr⁹ confeſſus eſt eū eſſe filiū dei. Secundo Mat. xvij. poſtq̄ꝫ trāſfigurat⁹ eſt ante eos in monte. Tercio ibideꝫ poſtq̄ꝫ curauit lunaticū. Quarto in euāgelio p̄ſenti Lu. xviij. Mathei. xx. ꝛ Mar. x. vbi dicit. Scitꝭ qꝛ poſt biduū paſca fiet ꝛ fili⁹ hominis tradetꝛ vt crucifigatꝛ. Predixit autē dn̄s diſcipulis ſuis tā crebro paſſionē ſuā ꝛ reſurrectōnem propter multas cauſas. Prima vt in ſua paſſiōe min⁹ dubitarent in eius diuinitate ꝛ de ei⁹ reſurrectione. Unde Grc. Preuidēs ſaluator ex paſſione ſua diſcipuloꝝ animos ꝑturbādos eis longe an̄ paſſionis ſue penā et reſurrectōis gloriam p̄dixit. vt cū cum morientem vt p̄dictū erat cernerēt etiam reſurrecturuꝫ mīme dubitarent. Secūdo ſcꝫm Cyrillū vt ipi ſcirēt q dn̄s paſſionē ſuā p̄nouit. et ex hoc cognoſcerēt q ſpontane⁹ ad eam acceſſit. ne poſtea dicerent q̄liter ille in manus hoſtiū incidit. qui noſ promittebat ſaluare. Tercio ſcꝫm Theofilū Ut eſſent teſteſ q voluntarie et ſciēter paſſus ſit quod p̄cognouerit mortē ꝛ potuiſſet fugiſſe ſi voluiſſet. Sequitur [Et ipi nihil horum ītellexerūt.] Circa hoc queritur quare diſcipuli verba illa chriſti nō intellexerūt cū tn̄ plana fuerūt. Reſpōdetur q hui⁹ triplex eſt cā. ſcilicet q apoſtoli hec verba chriſti non intellexerunt. Prima fuit magnus amor quem ad ipſum et ad eius vitam habuerūt ꝛ ad corpalē ei⁹ p̄ſentiā. ꝓpter qđ eius mortem cogitare non potuerunt.

Scōa quia ver deum ⁊ hominē innocentē eſſe ſciuerūt. ⁊ ideo neq̄quaq̄ ipm̄ moriturum putabāt. Tercia q2 ipſis in pabola loq̄ conſueuerat. cogitabāt forte etiā illa ad q̄dā alia referenda. et pabolice dicta. Has tres cauſas ponit Beda dicēs. Quia em̄ diſcipuli ei⁹ vitam maxime deſiderabāt ei⁹ mortem audire nō poterāt. et quoniā quē nō ſolū hominē innocentē ſʒ etiā deū verū ſciebant hūc nullatenus mori putabāt. et q2 pabolas ante ſepe loquentē audire cōſueuerāt q̄tiens de paſſiōe ſua dicebat ad aliud allegorice referendum eſſe crediderunt. Et ſm glo. Judei q̄ ei⁹ mortē ſperabant q̄cquid de ſua morte loquebat̄ intelligebant. Hoc em̄ loquebat̄ qd̄ ipſi facere optabāt. Sequit̄ [Factū eſt aūt cū appropinquaret hierico cecus q̄dā ſedebat ſecus viā mendicās. et cū audiret turbā p̄tereuntē interrogabat q̄d h̄ eſſet. Dixerūt aūt ꝙ ieſus nazaran⁹ trāſiret. et clamauit dicēs Jeſu fili dauid miſerere mei.] R Ex ille cecus turbā p̄tereuntē audiuit. et ipam videre nō poterat et a trāſeuntib9 interrogauit q̄d h̄ eēt. i. q̄s eſſet principalis in illa turba. Per h̄ ſignificat̄ ꝙ ſimpliciores diligēter q̄rere debent a ſcientiorib9 ea q̄ ad ſalutē ptinent. et potiſſime debent hm̄ōi q̄rere ab his q̄ ambulant cū ieſu. i. q̄ ſunt vite euāgelice ſectatores. et quāto ſciūt hominem meliorē ⁊ ſcientiorē. tanto eis ſecuri⁹ eſt vt ab eo q̄rant viā veritatis. Et in hoc ꝙ hic cec⁹ clamauit [Jeſu fili dauid miſerere mei] confitet̄ vtraq3 naturā in xp̄o. ſcʒ humanā in hoc ꝙ dicit eū eſſe natum ex progenie dauid. et diuinā in hoc qd̄ dicit [miſerere mei.] Dei enim eſt propriū miſereri et efficaciter releuare miſeriā ſue creat̄e quā condidit. Et ſi q̄rit̄. vnde hic cec⁹ illa ſcire potuit cū lumine p̄uat⁹ libros legere nō potuit. Rn̄dʒ Cirillus dicēs. In iudaiſmo nutrit⁹ nō ignorauit ꝙ de p̄genie dauid deus ſm carnē naſceret̄. et ideo ei vt dō loquit̄ d. Jh̄u fili dauid miſerere mei. Seq̄tur. [Et q̄ p̄ibāt increpabant eū vt taceret.] q2 vt dicit Nico. de lyra. Per clamorē ſuū impediebat̄ turba ab audiendo chriſti doctrinā [Ip̄e v̄o multo magis clamauit] Sup qd̄ dicit Cirillus. Miremur inſtātiam ꝯfeſſiōis ei⁹. Nā p phibentes nō impediebat̄ ei⁹ audacia. Nouit ei fides oībus repugnare ⁊ in oībus triūphare. vtile enim eſt pro cultu diuīo pudorē deponere. nā ſi cā pecunie ſunt impudētes nōnulli p ſalute aīe nō decet totaleʒ deponere impudentiā. q̄ſi diceret imo oīno decet. Chryſ. Talis ē natura fidei vt q̄nto magis vetat̄ eo magis accendit̄. ꝓpter qd̄ ſerui dei in pſecutōibus nō vincunt̄. Virtus ei fidei in piculis eſt ſecura et in ſecuritate piclitat̄. ſicut dauid ī pſecutōe ſanctus fuit. in ſecuritate autē ⁊ ocio adulter fact⁹ ē. [Stāſ autē ieſus iuſſit euʒ adduci ad ſe] In q̄ apparet clementia xp̄i. quia nō dedignatus eſt ſtare ⁊ alloqui viles pſonas et paupes. [Et cum appropinq̄ſſet interrogauit eū dicēs [Quid tibi viſ faciā] Nō interrogauit dn̄s q̄ſi ignorans q2 nr̄e orōes etiā ſolis deſiderijs inoteſcūt apud deuʒ. Sʒ interrogauit ſm Hilariū vt ſciret aſtātes ꝙ nō

petebat cec⁹ ſibi pecuniā dari. ſed diuine efficacie op⁹. petebat ei ab eo tāq̄ʒ a deo illuminatōnē ocu/ loꝝ ſuorum S [At ille dixit Dñe vt videā ]Sup q̄ Gregori⁹. Imitemur fr̄es chariſſimi hunc cecū. ꝛ nō falſas ſciētias. diuitias nō terrena dona nō fugitiuoſ ho nores a domino. ſed lucem peta/ mus. nec luceʒ q̄ loco claudit̄. aut tpe finit̄. aut q̄ noctiū corruptōne variat̄: que a nobis comunit̄ cuʒ peccatoribꝫ cernit̄. ſed lucē quera/ mus quā cū ſolis angelis videre poſſimus. quā nec initiū inchoat nec finis anguſtat. ad quā ꝑfecto lucē via fides eſt. ꝓpter qđ ſubdit̄ in euāgelio [Et dixit illi ieſus Re ſpice fides tua te ſaluū fecit. ꝛ con feſtim vidit ]Breue verbū reſpi/ ce. ſed efficaciſſime opans. q꞉ con feſtim vidit. ꝛ h̄ redūdabat in cri men pfidie iudeoꝝ q̄ xp̄o credere noluerūt. cū ſciuerūt nullū ꝓphe/ taꝝ vnq̄ʒ talia operatū fuiſſe. aut ſic ſolo verbo curaſſe pfectè. Ex h̄ etiā ꝙ confeſtim. i. ſubito vidit ap paret ꝙ illa illuminatō fuit mira culoſa nō naturalis. Naturaliter eni̅ nemo opatur in inſtanti. [Et ſequebat̄ illū ]fide ꝛ moribus. q꞉ qui a xp̄o illuminati ſunt corpali ter. etiā ab illo illuminati ſūt mē taliter. quia totum hominem ſi/ mul ſaluum fecit in ſabbato. [Et ſequebat̄ illū magnificans deuʒ ] Et ſic duplicē viſum recepit. ſcilicʒ corporalem et intellectualem. vt iam certitudinaliter cognoſceret ipſum fore deū. al's eni̅ eum non glorificaſſet vt deum. [Et omnis plebs vt vidit dedit laudeʒ deo. ] tota eni̅ plebs viſo miraculo: ali quāte illuminata fuit ſpirituali/ ter. vt iam aliquid diuinū in chri/ ſto cognoſceret. Querit Chryſ. Cur dn̄s demoniacū curatum ſe/ qui volentem prohibet. Luc. viij. et tamen hūc cecum illuminatuʒ ſequi permittit. Reſpōdet quia il lum mittit preconem vt ex ſua cō ſiſtentia benefactorem p̄dicet. Ce/ cum vero ſequi permittit hieroſo limam ad paſſionem profectur⁹ vt recentē habentes miraculi mē tionem. nō exiſtimarēt eum infir/ mitate potius q̄ʒ miſericordia pa ti. ¶ Nota ꝙ cecus ille a dn̄o illuminatus ſecutus eſt deū cor/ poraliter ꝛ ſpiritualit̄. Et q꞉ nos ſumus a deo ſpūaliter per veraʒ fidem Ideo cū eum corpaliter ſe qui nō poſſum⁹ ſaltem eū ſpiritu aliter ſequi debemus. Ad qđ faci endū neceſſariū eſt nobis cogno/ ſcere viaʒ p quā ipſe dn̄s inceſſit Et illā nobis beat⁹ Gregorius in omelia. aperte deſcribit dicens. Cū ipē dn̄s ſit ꝛcreator āgeloꝝ ſu ſceptur⁹ noſtrā naturā quā cōdi/ dit in vteꝝ virgīs venit. naſci in h̄ mūdo p diuites noluit. ſed pau/ peres elegit. vñ ꝛ agnus q̄ pro il/ lo offerret̄ defuit. colūbarum pul los aut par turturū ad ſacrificiū mr̄ inuenit. ꝓſperari in h̄ mundo noluit. ꝛ inſup nullas delectatio nes ꝛ gaudia in h̄ q̄ſiuit. ſʒ etiam aduerſa mlt̄a ꝑtulit vt opprobria irriſiōes: ſputa: flagella: alapaſ: ſpi neā coronā: ꝛ mortē. ſic ꝛ pn̄s euā geliū loquit̄. Illa eſt via quā inceſ ſit. ꝛ quā nob̄ p̄mōſtrauit. p quaʒ ſi eū ſequi volumus vt debemus opʒ vt nō ſim⁹ auari. aut ſupbi. nec appetam⁹ ꝓſpari ī rebꝫ hui⁹ mūdi. ſ. vt ñ appetam⁹ altoſ ſtat⁹ mag̃s honores. mlt̄as diuitias.

z ſi affluūt nō apponam⁹ coꝛ. nō diligam⁹ eas. ſimus de eis largi ad paupes. z plus gaudeam⁹ de bono ope z de adiutoꝛio qđ faci/ mus paupib⁹ de diuitiꝭs q̄ȝ gau/ deam⁹ de bona poſſeſſione. pati/ enter ſuſtineam⁹ aduerſa. ſic dñs nobis hui⁹ exemplū oñdit in ſua ſctiſſima paſſione. z vt nō q̄ram⁹ gaudia z delectatōes mundi ſicut dñs nō q̄ſiuit. z potiſſime hodie z illo ſacro tpe đ q̄ etiā nos āmo/ net eccl'ia cū in hodierno euāgelio nobis chriſti paſſioneȝ p̄ponit et ſignāter cauere debemuſ nobis a vanitatib⁹ malis z nociuis gau/ diꝭs q̄ hoc tpe q̄runt ſecl'ares ho mies i ſupfluis cibiſ z potib⁹ noci ue aīe coꝛpi z reb⁹. z a ſtultis illis z illicitꝭ reb⁹ z iocis q̄ nūc exercēt cū laruis z mutatōe veſtiū ita vt viri vtanť veſtib⁹ mulierū z econ uerſo qđ de ſe eſt vicioſuȝ. Dicit. ſ. Tho. ꝭ. ꝭ. q. clxix. Et eſt etiā ſpecia liter ꝓhibitū Deute. xx. Quia gen tiles taliť vtebanť ꝓpter ydolatri am Et talia nō ſolū cauere debe/ mus in nobis. ſȝ etiā in filiꝭs z fi liab⁹ noſtr̄ꝭ et in tota familia nr̄a et oībus nobis ſubiectis. qꝛ pꝛo illis ratōem reddituri ſum⁹. Vñ Aug. in q̄dam epl'a ad quendā co mitem dicit. Queſo mi frater q̄ſo oībus tibi ſubiectis z bone volū tatis in domo tua a maioꝛe vſqȝ ad minoꝛē amoꝛē et dulcedinē re gni celeſtis. amaritudinē et timo rē gehēne annūcies. et de eoꝝ ſa/ lute ſollicitus ac vigil exiſtaſ. qꝛ ꝓ oīb⁹ tibi ſubiectis q̄ in domo tua ſunt rōem dño reddes. Annūcia p̄cipe. impa. ſuade eis vt caueant ſibi a ſupbia. a detractōe. ab ebri etate. a foꝛnicatōne. a luxuria. ab ira. a piurio. a cupiditate que ē ra dix omniū maloꝝ

Dñica prima quadrageſime. Sermo xvꝭ.

Ductus ē ieſus in deſertū a ſpū vt temptaretur a diabolo Math. iiꝭ. ¶ [Ductus eſt ieſus i deſertū] tūc. ſ. imediate p⁹ baptiſmuȝ [ductus eſt a ſpū] ſcȝ ſancto. qꝛ hūanitas xp̄i fuit oꝛga nū diuinitatis. et ideo ad oīa agē da mouebať inſtinctu ſpūſancti. [in deſertū] vt ſcȝ in loco deſerto oꝛōi apto ſuū ſpiritū ꝓ nobis of/ ferret deo patri. et vt tēptat⁹ a di abolo in gula auaricia et ſupbia ſicut ꝓthoplaſti diabolū vinceret ſicut ꝓthoplaſti fuerāt victi. pꝛo/ pter quod ſeq̄tur [vt tēptaretur a diabolo] Notandū ꝙ chriſt⁹ ſta tim p⁹ ſūptōneȝ ſacri innouatio/ nis qđ eſt baptiſmus tēptari vo luit ad infoꝛmādū nouiter bapti ȝatos adultos. aut aliq̄s nouiter ad xp̄m cōuerſos p penitētiā. vel p introitū religiōis vel aliquē ali um ſtatū in q̄ deſeriť mūdus z cō cupiſcētia ei⁹. vt magis vigilēt cō tra inuiſibilē hoſtē. qꝛ ipis p̄dicto mō nouiter cōuerſis diabol⁹ ſta/ tim maioꝛes tēptatōnes mouere ſolet. Ambro. ſup Lu. Diabolus ſp inuidet ad melioꝛa tendentib⁹ Vñ dicit Hilari⁹ ſup math. In ſctificatis diaboli tēptamēta gſ/ ſantur. Et Eccl. ꝭ. Fili accedēs ad ſeruitutē dei ſta in iuſticia z timo re z p̄para animā tuā ad tempta tionē. Et hoc facit pꝛimo ꝓpter b quia indignatuſ eſt ꝙ receſſerunt

ab eo Scdo torqꝫ inuidia timēs ne
illic aſcēdāt vñ cecidit ipe. Tercio
qꝛ ꝯfidit ꝙ ipos a pncipio facili/
ter vincere poſſit nōdū firmatos
ꝛ habituatos ī bono. Scdo no
tādū ꝙ xps nō ſeipm īgeſſit ad tē
ptatōnem ſed ab alio. ſ. a ſpūſctō
duct⁹ ē in deſtū vt tēptaret a dia
bolo vt hic ſcribit. ꝑ qd ipe nobis
īſinuauit ꝙ nosipos ī tēptatōes ī
pellere nō optet nec dēm⁹. qliter
tn̄ aliq faciūt q ſe pctō ꝓpinqs fa
ciūt. occaſiōes pctōꝝ nō vitantes.
Sꝫ ꝙ aliūde attracti viriliṫ ſtare
debem⁹ Vñ dicit hic Chryſo. Qꝛ
hō erat xps ſic voluit hō duci ad
pugnā et nō ſe ingerere ad pugnā
dū ꝑ h doces ꝙ null⁹ dꝫ ꝯfidere ī
viribꝫ ſuis vt ſe dlectatōibꝫ carniſ
ꝛ mōi igerat vt hmōi ſupet. et ꝑ h
ꝑfecti⁹ ſe in ꝟtutibꝫ exerceat. Nā
illa ē fatuitas ꝛ ſtulticia ꝛ ꝓpe fra
gilitatꝭ nimia igrātia q nedū cō/
munes ſe decipiūt ſꝫ etiam apls
petr⁹ decept⁹ fuit affirmās ſe au
dacter cū xpo ī morte ire. q ſtatim
ad vocē ācille abnegauit dñz ſuū.
Et dicit ſctūs Tho. i. ij. di. xxi. ꝙ
tēptari ſimplr acceptū nō ē appe
tendū. ſꝫ tēptare ꝛ vīcere ſil acce/
ptū eſt appetēdū. Sꝫ qꝛ ꝑ noſtrā
fragilitatē victoria nimis dubia
eſt. iō ſecuri⁹ fugiṫ ꝙ qrat. Et qñ
audis btm̄ Jacobū di. Oē gaudi
um exiſtiate fres cū ī varias tem
ptatōes īciderit .dic ꝙ loquiṫ de
tēptatōe tribulationū. ad qꝝ pa/
tiētiā hortaṫ vt inṫ eas eqlitas et
gaudiū mētꝭ fueṫ. Nō ei aliṫ eas
vīcere pñt niſi ꝑ patiētiā. Vñ ipꝫ
gaudiū victoria qdā ē. qd qdē nō
eſt d tēptatōibꝫ ſm ſe ſꝫ de patien
tia q tēptatōꝫ vicat. Itē dicit ꝙ tē
ptatōes nō ſūt neceſſarie ad ſalu
tē niſi neceſſitate ꝯditiōata. vt ſcꝫ
ſi aduenīat nō veniṫ ad regnū ni
ſi vincanṫ. et neceſſe ē vt veniat ſꝫ
ſtatū pñtꝭ corruptiōis ex q corru
ptōe ſeqṫ pug carniſ aduerſ⁹ ſpm̄
qſ tēptatio dr. X Tercio notā
dū ꝙ ſꝫ doctores xps tēptari vo
luit Primo ne diabol⁹ ſe iactarꝫ
ꝙ xpm iō nō vicit qꝛ cū eo pugre
ꝑmiſſus nō fuit. ſi ei ſupbꝫ aliquē
nō ſupat ſꝑ cauſaṫ qꝛ cū eo pugre
ꝑmiſſus nō fuit. qꝛ ꝯditio ſupbo
rū eſt ꝙ nō pñt cogſcere ſuū pro/
priū defectū. Scdo qꝛ cū certa
mie glioſioꝛ ē. et virtus magꝭ ma
nifeſtaṫ qꝫ ſine certamie. Tercio
ſm Hilariū ſuꝑ mat. voluit xps
ſctūſſctōꝝ tēptari ꝓpṫ cautelā no
ſtrā vt oñdat ꝙ nullus tā ſctūs
eſt ī hac vita quē diabol⁹ ñ aude/
at tēptare. ꝛ ꝑ h oīs hō ſit ſꝑ in ti
more ñ cadēdi a iuſticia. Vñ q ſe
exiſtimat ſtare videat ne cadat dic
apls. i. Cho. x. Quarto vt diabo
l⁹ iuocatōe xpi a nob ī nrīs tēpta
tōibꝫ forti⁹ ṫreaṫ audiēs nomē ei⁹
q plene d ſeipo triūphauit Quī
to vt nob ꝯ tēptatōes auxiliū fer
ret. vñ Gre. dic ī ome. Nō erat in
dignū redēptori ꝙ tēptari voluit
qui venerat et occidi. vt ſic tēpta/
tiones noſtras temptatōibus ſu
is vinceret. ſicut mortē noſtrā ſua
morte ſuperauit. Sexto propter
exemplū vt nos inſtrueret quali
ter diaboli tēptatōes vincamus.
Vñ Aug. dicit. iij. de trini. ꝙ chri
ſtus diabolo ſe tēptādo pbuit vt
ad ſibi habēdas tēptatōes ei⁹ me
diator eſſet non ſolum per adiu/
toria. verum etiam per exemplū.
Septimo vt nemo turbeṫ de
tēptationibꝫ pter ſpem irruētibꝫ
dum etiā chriſtū videt temptari.

vt Chriſo. dicit. Sequit in littera [Et cũ ieiunaſſet. xl. diebus. et xl. noctibus poſtea eſuriit.] y Nota ꝙ ieiuniũ in nobis ad h̄ ordinatũ eſt vt laſciuia corporis reprimatur. ⁊ tota ſenſualitas rõni pfectius ſubijciat. In xp̄o autem nulla fuit rebellio aut inobedientia carnis ſeu ſenſualitatis ad ſpiritũ. et ideo ip̄e ieiunio nõ indiguit. Voluit tñ ieiunare vt ſuã innocentẽ carnẽ pro nobis maceraret. ⁊ vt nos exemplo ſuo ieiunarem⁹ ad humiliandũ carnem noſtrã et pſcindendũ occaſiones pctõrum. Unde Chryſo. Jeiunauit xp̄s vt tu diſcas q̃ magnũ bonũ ieiuniũ ⁊ qualiter magnũ ſcutũ eſt nobis aduerſus diabolos. qꝛ nec diabolus nec mundus poſſunt efficacius inclinare ratõem et appetitu3 q̃ mediãte effrenitate et laſciuia ſenſualitatis. ideo hac ſenſualitate domita et frenata p ieiunium maximus ſtimulus diaboli puniendi nos ablatus ẽ. Secũdo notandũ ꝙ ſtati3 poſt baptiſmũ q̇ in nobis ſanatiu⁹ eſt morbi originalis chriſt⁹ ieiunauit. docẽs p hoc ꝙ ſpũaliter mũdati a peccatꝭ ſiue p baptiſmũ quo ad adultos ſiue p penitentiã ſiue p introitum religionis nõ debent vacare ocio nec molliter viuere. ſed ieiunare d berẽt ad reprimẽdũ brutaleſ motus ſenſualitatis q̇ maxime ĩpellunt homine3 ad peccata. Et in h̄ ſm Chryſoſ. fecit more medici. q̇ cũ aliquẽ egrotantẽ ſanũ fecit iubet nõ facere illa ex quibus egritudo facta eſt. Egritudo aũt hũani generis primo facta eſt p incõtinentiã ventris ſiue per gulam. Ip̄a enĩ adã de paradiſo expulit. ip̄a etiã poſtea noe diluuium fec. ſodomoꝝ fulmina ip̄a deduxit. Multa etiã mala ſemp hominibus opata eſt et continue opatur Nã filie ſue quas generat ſunt luxuria. ebrietas. diſcordie. cecitas ĩtellectus ex qua oritur ſupbia. ignorãs propriã cõditionẽ. ſil'r auaricia qꝛ diuitie a carnalibꝫ appetũtur propter delicias ſenſuales.

Q etiã chriſtus ante temptationem ieiunauit hoc fecit in exẽplũ. quia cũ oĩbus immineat contra tẽptatões ſe tueri per hoc ꝙ ip ſe ante tẽptationẽ ieiunauit docuit ꝙ p ieiuniũ oportet nos armari cõtra tẽptatões. Unde inter arma iuſticie apl's enũerat ieiuniũ. ij. ad Choꝛ. vi. Z Tercio notandũ ꝙ ſm doctores dñs voluit pẽiſe quadragita dies ieiunare propter h̄ vt in hoc equaret duobus patribꝫ q̇ maximi in veteri lege habebant. videlic3 moyſi et helye. quoꝝ vnus erat legiſlator ⁊ alter pcipuus prophetaꝝ ⁊ legis 3elator. illoꝝ em̃ q̇libet. xl. noctibuſ et. xl. diebus ieiunauit. vt pat3 de helya. iij. Regũ. xix. Et de moyſe Deutero. ix. quõ duabꝫ vicibꝫ ieiunauit. Et vt dicit Chryſo. Nõ vltra q̃dragiinta dies et noctes dñſ pcedere voluit. ne incredibilis videret carnis aſſumptio. Aliter tñ ieiunauit chriſt⁹ et aliter moyſes ⁊ helyas. Quia ſm Glo. moyſes et helyas nõ ieiunauerũt virtute propa ſicut chriſt⁹. ſed moyſes ſuſtẽtatus colloq̇o dei vt habet Exodi. xx. Et ab Aug. xij. ſup Geñ. ad lrãm. Helyas vero ieiunauit ĩ fortitudine cibi ſemel ſũpti cuiuſda3 panis ſubcinericij. Et fuit poſſibile ꝙ propter vehemẽtẽ cõtẽpla-

tionē in moyſe et helya aīa tātū abſtracta fuerit ab opibus vege/tatōis ꝙ ſic modica fiebat deper/ditio et deꝑditi reſtauratio ꝙ v/nus cibus ſumpt⁹ ante ſufficeret nature eoꝝ ꝑ tātū tps Mlt᷒ etiā alijs modis potuit diuia ꝟtute ꝛ nō naturalr̄ ſic ieiunare .xl. dieb⁹ ꝛ .xl. noctibus. ꝛ vt dicit ꝯſeqnter textus [ poſtea eſurijt ] Et vt dicit Hilarius ſuꝑ Math. ꝙ dñs eſurijt nō fuit ex ſurreptōe inedie ſed nature ſue hominē dereliqt. Non enim erat diabolus a deo ſ; a carne vincēdus. Et nota ꝙ ꝑfidus quidā iudeus arguit cōtra hūc textū dicēs Chriſtiani dicūt ieſū eſſe deum. ſed deo nō cōpetit comedere nec ieiunare. igit̄ ē deriſibile dicere deū eſurire. Cū moyſes q̄ fuit ſolū homo nō eſurijt poſt ieiuniū .xl. dieꝝ et .xl. noctiū. Reſpondet Nico. de lyra. ꝙ chriſt⁹ eſt ꝛ erat verus deus et hō. et ꝑ paſſionē ſuā voluit redimere gen⁹ hūanū. propter quod ante reſurrectōnē ſuā habuit corpus paſſibile et mortale. Jeiunauit ergo ꝛ eſurijt et afflictōes īmo mortē ꝓ nobis ſuſtinuit. nō in deitate qꝛ hoc eſt īpoſſibile ſed ī hūanitate. et ſic nobis meruit gratiā et gl'iam. Und̄ ſuꝑ illud Geneſ. xxiiij. Et introduxit eaꝫ yſaac. Dicit ra. mgr̄ badaraſſen ħ eſt rex meſſias quē elegit deus ſanctus et benedictus vt coleret eū toto corde. daretq; cor ſuum ad petendū miſias ꝓ iſrael ꝛ ad ieiunandū et humiliandū ſe ꝓ eis. ſicut ſcriptū eſt Yſa. liij. Jpſe vulneratus eſt propter iniqtates noſtras attrit⁹ eſt propter ſcelera noſtra. diſciplina pacis nr̄e ſuper eū. et liuore eius ſanati ſum⁹. Q autē dicit p̄dictus iudeus ꝙ moyſes p⁹ ſuū ieiuniū nō eſurijt falſū eſt. qꝛ poſtea nō comediſſet. Nec eſt ſimile de vtroq; . nā manichei ꝛ ceteri heretici dicturi erāt ꝙ xp̄s nō habuit carnē ex elementis cōpoſitam ſed celeſtē et fantaſticaꝫ. Ad quoꝝ errores repellēdos oꝑtuit exprimere eſuriē chriſti. Judei vero hoc nō erant dicturi de moyſe. et ideo nō oportuit vt ſcriptura mentionē faceret de eſurie moyſi ſicut euangeliū fecit de eſurie chriſti q̄ ꝑ hanc eſuriēm ſe nō ſolum humanā infirmitatē ꝛ veram humanā naturā oſtendit ſ; et occaſionē temptatori ſuo dedit Propt̄ qđ ſequit̄. A [ Et accedens temptator ] Ubi notādū ſm̄ Nico. de lyra. ꝙ diabol⁹ ſciebat ꝑ prophetas ꝙ ventur⁹ erat ī mundū verus deus et verus hō. vt habet̄ expſſe Yſa. ix. Paruul⁹ natus eſt nobis et filius dat⁹ eſt nobis. Ecce vera hūanitas. Et vocabit̄ nomen eius admirabil'. conſiliarius. deus fortis. pater futuri ſeculi. p̄nceps pacis. Ecce manifeſta ei⁹ diuiītas. Pluribꝫ etiā alijs locis exprimit̄ hoc ſed trāſeo cauſa breuitat᷒. Similiter ſciebat diabolus tēpus natiuitatis xp̄i cōpletū . tum propter hebdomadaſ daniel' in q̄bus erat determiāte p̄fixus termin⁹ ſui aduētus. tū propter trāſlationē regni iudeorū ad herodē alienigenā ꝓut fuerat predictū ꝑ iacob patriarchā Geñ. xlix Sed neſciebat certitudinaliter ꝙ ieſus nazarenus eſſet ip̄e chriſt⁹ d̄ quo talia fuerūt dicta. eo ꝙ myſterium incarnatōis fuit ſeptē ſigillis clauſuꝫ ne pateret diabolo vt dixi ſupra ī die circūciſiōis. Uerū

tamē propter eminentiā ſanctita/
tis ieſu et propter cōpletōem tem
poris reſpectu aduētus chriſti. et
propter ſigna facta in chriſti nati
uitate ꝛ in ei⁹ baptizatiōe. et pro/
pter teſtimoniū āgeloꝝ ad paſto
res. propꝰ ſtellā que apparuit ma
gis. propter teſtimoniū ſymeōis
ꝛ anne. et propter teſtimoniuꝫ io/
hānis et alia talia habuit diabol⁹
fortem cōiecturā ꝙ ipē eſſet ver⁹
deus et meſſias ꝓmiſſus in lege
ꝛ ꝓphetis. Et ideo voluit de hoc
experientiā accipe et certitudinem
ꝑ temptatōem. et vltra hoc inten
debat eū ꝑ hanc temptatōem in/
ducere ad peccatū ſi inueniret pu
rus homo. Sed diabolus nullū
illorū obtinuit vt patebit. B
Diceres. ex quo diabolus ꝓncipa
liter intēdebat expiri ſi ieſus eſſet
meſſias et verus de⁹ et hō. quare
noluit ſibi chriſt⁹ hoc patefacere.
Hoc ſoluit glo. ſuꝑ illō. j. Cho. ij
Dei ſapientiā in myſterio que ab
ſcondita eſt nemo principuꝫ hui⁹
ſeculi cognouit. ſi em̄ cognouiſſēt
nunꝙ regeꝫ glorie crucifixiſſent.
Suꝑ quo dicit glo. ꝙ demōes ſa
pientiā dei de modo redemptōis
generꝭ hūani ꝑ ieſu nazareni mor
tem implēde ſi cognouiſſent non
ſuggeſſiſſent ipm crucifigi. q2 nō
ſuggereret illū diabolus crucifigi
ꝑ quem ſe ius ſuū ſciret ꝑdere ſu
per humanū genus. Illa ergo ſꝫ
doctores eſt cauſa ꝙ chriſtus na
zarenus noluit diabolo patefieri
clare ꝙ ipē eſſet meſſias deus et
homo. et ꝙ tali ꝓceſſu ꝛ mō volu
it redimere ꝛ eripe humanū gen⁹
ō poteſtate ſua. Etiā diabol⁹ non
ꝑ ſe mutauit lapides i delicatiſſi
mos cibos dicēdo ſe a deo miſſuꝫ
ad reficiendū eum in deſerto. Il
la em̄ fuiſſet maior et fortior tem
ptatio. ſed ideo nō fecit. quia ſolū
voluit ſcire ſi eſſet meſſias quem
ſciuit velle liberare genus huma
nū ꝑ ipius mortē et paſſionē. vt
inuento ꝙ eſſet meſſias diſſuade
ret om̄ibus ne interficerēt eum.
Vñ Leo papa in ſermōe de qua
drageſima dicit ꝙ nō ideo indu/
xit eum pricipaliter diabol⁹ ad fa
ciendū de lapidibus panē vt ioi/
dinate comederet ſed vt eius diui
nitatē cognoſceret. et ſi eſſet meſſi
as precipue. [Accedens igiꝰ tem/
ptator dixit ei. Si filius dei es ] .ſ.
naturalꝰ et ꝑ conſeq̄ns ei equalꝰ in
poteſtate. tūc vt appareas fili⁹ dī
ꝛ eſuries repellas [ dic vt lapides
iſti panes fiāt ] Chryſo. Cogitauit
diabolus apud ſe ſi poterit de la/
pidibus facere panes vere filius
dei eſt. ſi autē nō poterit homo ē.
[ Qui rñdens ] caute ꝙ nec diuinita
tem eius poterat ꝑpendere nec ip
ſum ad gulā inducere [ dixit. Scri
ptū eſt ] ſcꝫ Deute. viij. [ Non in
ſolo pane ] ſcꝫ naturali [ viuit hō.
ſed in omni verbo quod ꝓcedit ō
ore dei ] .i. de ſacra ſcriptura que ē
tanꝙ os dei. eo ꝙ ꝑ eaꝫ loquitur
omne qō vult ab homīe fieri. vt
dicit Greg. xvij. moralꝰ. Verbū er
go quod ꝓcedit de ore dei eſt oīs
inſtructio et oīs cōſolatio que ꝓ/
uenit ex meditatōe. auditōe. lectō
ne diuinoꝝ eloquiorū in quibꝫ in
ueniunꝰ verba medicinalia cōtra
omnē vexatōem ſpūalē ꝛ etiā exē
pla de his q̄ talia paſſi ſunt ꝛ ad/
iuti. ꝛ ſignꝰ ibi inueniunꝰ ꝓmiſſio
nes eterne btitudinis q̄bus aīa
contra duricies laboꝝ reficiꝰ.
C Nota ꝙ dñs in qualibꝫ illa

quo redemptꝰ eſt.ſ.ꝑcioſo ſāguīe agni immaculati ꝛ incōtamiati ie ſu chriſti. ¶Et eſt bñ notandum ꝙ dñs in oꝑe nr̄e redēptiōis oſtē dit nobis vt dixi ambas illas v̾/ tutes.ſ.ſūmā miſ̾icoꝛdiā ꝛ ſil̾ ſtri ctiſſimā iuſticiā. Juſticiā in h̄ ꝙ ꝓ peccatis voluit habere talē ac tan tā ſatiſſactōeꝫ quā nullꝰ hominū ſoluere potuit. Miſericoꝛdiā v̾o in hoc ꝙ cū hō ſatiſſacere nō po/ tuit nec habuit ꝑ qđ ſe liberarꝫ ip ſe dedit ſibi liberatoꝛē ſuū filiū na turalē. Et filius ſeipm̄ nobis de/ dit in liberatoꝛē. Et ille fuit cōue/ nientiſſimꝰ modus vt ſic miſeri/ coꝛdit̾ fieret homī liberatio a dā/ natōe. vt tñ nihil depiret iuſticie. L Octauo oñdit nobis exem plū māſuetudīs et clemētie. vt ip ſius exēplo et ꝓpter eū facilit̾ re/ mittamꝰ illis q̄ cōtra nos aliqd fecerūt. aut nos indebite offēde/ runt. Jp̄e em̄ ī cruce pendēs faci liter remiſit offenſas. vt ptꝫ in la trone. cui tūc dixit. Hodie mecuꝫ eris in ꝑadiſo Vñ Aug. in libello ſuo de btō latrone dic̄. Latro nō indiguit lōgo ſpacio tpis vt ꝑadi ſum accipe mereret̾ ſed tñ ei ſuffe cit quantū expendi potuit. Vñ ꝓ/ ferēdo ſermonē in ꝑadiſū ꝑcede/ re etiā apl'os merebat̾. Etiā in cru ce pendens inimic̾ ſuis. ſ. crucifi/ xoꝛibꝫ actualit̾ grauiſſime iniuriā tibꝫ bñficia et ſigna dilectōnis ex hibuit. qꝛ ꝓ eis prē m oꝛauit dicēs Pr̄ ignoſce illis qꝛ neſciūt q̄d fa/ ciūt. Jn h̄ ſicut bonꝰ doctoꝛ fecit qđ ante vt Mat. v. iuſſit. Oꝛat ei nō ſolū ꝓ inimic̾ ſed etiā ꝓ actua liter ꝑſeq̄ntibꝫ ꝛ calūniātibus ſe. dās nobis exēplū vt ſicut oꝛauit ꝓ occiſoꝛibꝫ ſuis. ſic nos oꝛemus ꝓ detractoꝛibꝫ nr̄is aut alijs iniu riantibꝫ. Cōſiderate ꝛ oꝑe implete māſuetudinē xp̄i. ꝛ eiꝰ benignita/ tem in oībus q̄dē ꝑſſur̾ ſuis. nec ſemel os ſuū aperuit vt aut q̄rele aut excuſatōis aut cōminationis aut maledicti verbū aduerſuſ ma ledictos canes aduerſarios ſuos ꝓferret. ſed in nouiſſimo v̾bū bñ dictōis quale a ſecl'o nō eſt audi/ tū ſuꝑ inimicos ſuos effudit di. Pr̄ ignoſce illis qꝛ neſciūt q̄d fa/ ciūt Nono oñdit nobis exēpluꝫ liberalis donatōis. ꝛ h̄ in ſuꝑpiꝰ largitōe. Nam fons ille pietat̾ et miſ̾icoꝛdie ſeipm̄ nobis ꝛ ꝓ nobiſ dedit. qđ vtiqꝫ fuit excellētiſſime largitatis M Decimo oñ dit nobis exēplū rōnal̾ oꝛdiatōis reꝝ noſtraꝝ in fine rite trāſmigra tōis de h̄ ſecl'o. et in finali ſui teſta mēti diſpoſitiōe. Vñ Amb. in q̄/ dam ſermōe. Auctoꝛ pietat̾ ī cru ce pendens teſtamētū ꝯdidit ſin/ gul̾ pietatis oꝑa diſtribuēs. apl'is ꝑſecutōnem. iudeis coꝛpus. patri ſpm̄. virgini ꝑanymphū. latroni ꝑadiſū. pctōꝛibꝫ infernū. xp̄ianis penitentiā et crucē ſctām reliquit. Et in ome. ſuꝑ ſtabat. Dū moꝛiēs ſaluatoꝛ ſic teſtamētū ſuū diſpo/ ſuit ꝙ ſibi de oībꝫ q̄ habuit nihil retinuit. tꝑalia em̄ q̄ mittebāt̾ tā q̄ꝫ vilioꝛa iam duduꝫ amiſerat in traditoꝛe. coꝛpus ſuū in ſacramē/ to diſcipulis tradidit. diſcipulos ip̄os patri cōmēdauit. veſtes ſuaſ diuiſit militibꝫ. et coꝛpꝰ ſuū moꝛ/ tale crucifixoꝛibꝫ. Adhuc ḡ nō ha/ buit niſi mr̄em et ſpiritū. idcirco vt ſe de oībꝫ ri te expediret matrē virginē virgini amico reliq̄t. ꝛ ſic ſpiritū poſt oīa cōmendauit deo patri. Ecce foꝛma rite trāſmigrā

do de hoc mũdo quã in cruce do minus confirmauit et nobis exẽ plũ reliqt. Ex quo manifeſte patz ꝙ ſi qs i extremis deſiderat ſalu/ briter ſpm̃ ſuũ cõmendare do pa tri prius ſe diligent̃ expedire debz ab omnibꝫ q̃ hic ſibi fuerũt a deo cõmendata vt poſt xp̃m nud⁹ eat ſpoliãs ſeip̃m nõ ſolũ habitꝫ que ſecũ educere nõ poteſt. ſꝫ etiã affe ctu habẽdi. qd̃ maximũ ẽ. vt. ſ. hõ ita ſe ſubdat diuĩe volũtati vt eti am tũc ñ habeat affectũ ad illa p̃ ſentia nec appetitũ ad vlteri⁹ reti nendũ vxores filioſ diuitias. imo et ꝓpriã vitã. qd̃ tñ in multꝫ nõ ẽ. propter qd̃ plimi tã inuiti exeũt de h̃ ſeculo. qꝛ adhuc amãt p̃ſẽtia ꝛ poſſeſſa. et magis affectũ habẽt ad hmõi ampli⁹ retinẽdi. De hoc etiã loquit̃ Bonauẽtura dicens. Quã munific⁹ fact⁹ es in nuptijſ tuis bone ieſu rex et ſponſe. ꝙ̃ lar ge oĩa q̃ habuiſti tradidiſti. ecce ip ſis crucifixoribꝫ orõis affectũ. la/ troni ꝑadiſũ. matri filiũ. filio ma trẽ. mortuis vitã. manibꝫ p̃ris ani mã tuã. toti mũdo ſignũ potẽtie tue obtuliſti ꝓ redimẽdo ẽo. nõ ex ꝑte ſed totũ ſanguinẽ ex multꝫ ꝛ largis foraminibꝫ effudiſti. ꝓdi tori tuo reatus ſui penã. terre cor pus ſed nõ ad corrũpendũ ad tẽ/ pus tradidiſti. Has et his ſile ſ ꝟ tutes quas nobis ſaluator in ſua paſſiõe oñdit digniſſimũ eſt nob cordis ocul' inſpicere ꝛ eas imitã/ do noſtro redẽptori cõformari vt ꝑ eas ſibi placeamus. ꝛ ſic merea mur ꝑticipes fieri omniũ illoꝝ fructuũ q̃s ſua paſſione ꝛ morte nobis meruit ieſus chriſt⁹ domi nus noſter q̃ cũ p̃re et ſp̃uſctõ v/ nus eſt de⁹ in ſecula bñdict⁹ amẽ

In die paraſceues

Sermo xxxiiij

**Vos omẽſ** q̃ trãſitis ꝑ viã attẽdi/ te et videte ſi eſt dolor ſi milis ſicut dolor meus. Treñ. j. Quia omniũ ſaluberrimũ eſt vi atori ſepe recolere xp̃i paſſionem. Dicit em̃ btũs Berñ. in q̃dã ſer/ mone. Nihil tã efficax ad ꝯſciẽtie curãda vulnera necnõ ad purgan dũ aciẽ mẽtis ꝙ̃ xp̃i vulneꝝ ſedu/ la meditatio. Jdo ſacra ſcriptura freq̃ntius imo diligenti⁹ cõmen dauit xp̃i mortẽ et eius paſſionẽ. ꝛ dũ a ſuis fidelibꝫ ẽm ſenſibilez p̃ſentiã receſſur⁹ ad inuiſibilia pa terne maieſtatis trãſitur⁹ ſub ſpe cie panis et vini ſacramẽtũ ſui ſã/ ctiſſimi corpis ꝛ ſui p̄cioſi ſangui nis inſtituit. et ad ip̃m freq̃ntan dũ in ſue p̃aſſionis et mortꝫ mẽo riam fidelibus ꝯmendauit dicẽs Hoc facite in meã cõmemoratõz Et apl's. j. ad Corinth. xi. Quotieſ cunqꝫ manducabitis panẽ hũc ꝛ calicẽ bibetis mortẽ dñi annũcia/ bitis. Et iteꝝ dñs noſter oẽs ho/ mines viatores alloquit̃ ꝑ verba thematis dicẽs. O vos om̃s qui trãſitis ꝛc̃. Per hoc oẽs hortans ad diligent̃ inſpiciendũ ocul' cor/ dis ꝛ deuote meditandũ magni/ tudinẽ et g̃uitatẽ ſue paſſiõis. taz quo ad triſticiã interiorẽ. ꝙ̃ q̃ ad dolorẽ exteriorẽ et ip̃ius exceſſuz ſuꝑ oẽs hui⁹ t̃pis paſſiões. Et hoc fuit vnũ ex illis tribus de quibus ſupius dixi. et a quolibet chriſtia no ſunt ꝑ vitaz ſuam freq̃nter et maxime in h̃ ſacro t̃pe attẽdẽda ꝛ ſolicite meditãda. De alijs duobꝫ dixi vt audiſtis p̄cedent̃ in duobꝫ

fermonibꝰ de illo. Tercio reſtat
nūc agendū .et ꝑ impetrāda grām
ad hoc nobis neceſſaria recurra/
mus ad matrē miſericordie reducē
tes ei ad memoriā illā venerādā
ſtationē qua vnico filio ſuo corā
ſe pendēte ī cruce hodie aſtitit to/
to materno affectu abſorptā ⁊ in/
eſtimabili dolore confectā cū vi/
dit tā crudeliter cōteri innocētiſſi
mū filiū ſuū ſūme ſibi dilectū di/
uinitus ab ea conceptū miracloſe
genitū.et vere ac firmiter dei filiū
creditū. Et inſup ꝑ ea grā impe/
trāda etiā eam ſalutemꝰ angelica
ſalutatōe dicētes Aue gratia ⁊c.

N Pro huiꝰ mēbri ꝓſecutōe
ſit qſtio hec Utrū paſſio xpi domi
ni fuit acerbiſſima ⁊ maxima īter
omes penas huius vite. Pro q/
ſtione eſt notandū ꝙ ī chriſto pa
tiente fuit verus dolor ſenſibilis
exterior q cauſat ex corꝑali leſiōe
ꝑ aliquod extrinſecū nociuū. Et
in eo fuit triſticia interior q cauſa
tur ex apphenſiōe alicuiꝰ diſcōue
nientis et noliti. vt dicit ſanctus
Tho. in tercia ꝑte ſūme. q. xlvi. et
qlibet illarū paſſionū fuit in chri/
ſto maxima inter oēs paſſiōes hu
ius vite. Et hoc ꝑmo declarat de
dolore ſenſibili exteriori. Nā ꝙ il
le dolor ſenſibil' chriſti fuit maxi/
mus inter omes dolores huiꝰ vi
te patet ex multis cauſis. Primo
propter ꝑceptibilitatē patiētꝭ. qn
to eni cōplexio hoīs eſt nobilior
⁊ purior et ſubtilior tāto delicati
or eſt caro eius et tenerior ⁊ ꝑcep
tiuior. et ſic etiā paruū tormētum
tali corpi illatū magnū in eo cau
ſat dolorē. Fuit autē chriſtꝰ ſuper
oēs mortales excellenter bn̄ com
plexionatus cū corpus eiꝰ fuerit
formatū nō actione nature ſꝫ mi
raculoſe. qr īmediate diuīa vtute
⁊ oꝑatōe ſpūſſcti cuius ꝑfecta ſūt
oꝑa. Deutero. xxxij. et ſp miracu/
loſa facta ꝑfectiora ſūt alijs que
naturaliter fiūt. vt dicit Chriſ. ſu
per Joh. Et fuit etiā corpus xpi ī
virginali vtero nō ex tali materia
ex q cetera hūana corpa formāt.
ſed de puriſſima materia. quia de
puriſſimis īmaculatis et mūdiſſi
mis guttulis ſacrati ſanguīs ma
rie virginis. vt dic̄ Damaſ. in ſuo
tercio. Et ſil'r mgr ſentētiarū in. iij.
di. iij. Et ita propt nobilitatem ⁊
ſubtilitatē cōplexiōis chriſti. pro
pter puritatē ⁊ teneritudinē corꝑiſ
ſui. ꝓpt mūdiciā ⁊ puritatē marie
ex q xpi caro oꝑe ſpūſſcti fuit for
mata erat ipa caro marie ꝑcepti/
bilitatꝭ. ⁊ qdlibꝫ tormētū in illa ꝑ
cioſa carne cauſabat valde mag/
nū dolorē qꝫ ī alio hūano corꝑe
qlicūqꝫ. Cū g tormenta xpo illata
fuerūt nō pauca aut ꝑua. ſꝫ mag
nimis ꝯſtat ꝙ ī eo inteſiſſimū cau
ſabāt cruciatū. Scdo fuit dolor
ſenſibilis paſſiōis xpi maximus
propter generalitatē paſſiōis eiꝰ q
extēdebat ſe nō ſolū ad aliq ſꝫ ad
oīa corpis mēbra ⁊ ad oēs exterio/
res ſenſus. Exqꝫ extenderit ſe ad
oēs ꝑtes corpis ꝑtꝫ. nā paſſus ē ī
capite corōa pūgētiū. ī manibꝫ et
pedibꝫ fixurā clauorū magnorū
valde. qd ſigt ſcptura cū dic Fode
rūt manꝰ meas ⁊ pedes meos. ī
facie alapas ⁊ ſputa ac vellicatōē
genarū. vn̄ ipe dixit ꝑ ꝓphā Yſa.
l. Corpꝰ meū dedi ꝑcutiētibꝫ ⁊ ge
nas meas vellētibꝫ. Qd qdā expo
nūt de laceratōe maxillarū facta vn
guibꝫ impiorū iudeorum. Quidā
vero exponūt de extractōe barbe

chriſti dñi .Et forte vtrũqʒ factuʒ
eſt .Ecce quõ ſacrilege manꝰ ipie
gentis nõ ſaturate colaphis ⁊ cõ/
ſpuitõe deſiderabilꝭ vultꝰ dñi nr̃i.
ſed etiã ad genã ꝑipiꝰ vellicatiõeʒ
exarſerũt. ⁊ inde ſanguinẽ elicuerꝭt
Ubi cõſiderãda ẽ mãſuetudo am
mirabilis agni patiẽtiſſimi ⁊ me
rito imitãda Jpe eñ genas ſuaſ
pudiciſſimaſ iudeoꝝ vnguibꝫ lace
rãdas cũ oĩ mãſuetudĩe pbuit. vt
⁊ nos patiẽter ſufferamꝰ ſi aliqñ
faciẽ nr̃am cõfuſio ꝓpter ipʒ ope
riat .ſuſtinuit et flagella duriſſi/
ma ⁊ grauiſſima i dorſo in lateribꝫ
⁊ in ſacro pectore ſuo. dicẽte Hie
ronymo ſup math .Traditus eſt
ieſus militibꝫ ꝟberãdus. ⁊ illõ ſa/
cratiſſimũ dorſũ pectuſqʒ dei ca/
pax flagella ſumpſerũt .tandeʒ in
toto corpe ſuſtinuit expãſioneʒ et
crudelẽ ipius diſtenſionẽ in cru/
ce. vt oĩa eiꝰ oſſa dinũerari poſſẽt
ſm illud pſal. Dinũerauerũt oĩa
oſſa mea. Paſſus eſt etiã in oĩbꝫ
qnqʒ ſenſibꝫ corpeis .Nã ſꝫ tactũ
paſſus verbera ⁊ vulnera multa
vt in capite ꝑ ſpinas. in manibuſ
⁊ pedibꝫ ꝑ clauoꝝ fixuras. in toto
corpe flagella ⁊ virgas. ſm guſtũ
felle et aceto potatus eſt. ſm olfa
ctũ qꝛ i loco fetido cadaueꝝ mor
tuoꝝ q̃ dr̃ caluarie locus appẽſuſ
eſt patibulo. ſm auditũ laceſſituſ
eſt vocibꝫ inſultãtiũ blaſpheman
tiũ ⁊ irridentiũ iudeoꝝ. ſm viſuʒ
paſſus eſt videns mr̃em et diſci/
pulũ quẽ diligebat flentes. adau
xit eñ vulneꝝ paſſionẽ mr̃na cõ
paſſio quã tam triſtiſſimo corde.
manibꝫ cõploſis. oculꝭ lachryma/
rũ torrente fluentibꝫ voce queru/
la ſibi pendẽte in cruce vidit aſta
rẽ. O Unde in omelꝭ. ſup
ſtabat dr̃. qꝫ nõ modicũ paſſionis
ſuſtinuit dñs ex aſſiſtẽtia dilecte
mr̃is ſue quã deſolatã ⁊ ineffabi
li merore plenã cognouit. qꝛ ex h̄
ꝓbaꝭ qꝫ iã in ꝓximo moriturꝰ a/
maritudine mortis q̃ſi oblitꝰ de
ſolate matri ſic cõpaſſus ẽ vt iam
in vltimo ſpũ cõſtitutus diſpone
ret quõ h̄ manere deberet alr̃i eã
cõmẽdãdo. Et ſubdiꝭ. O dolores
iexplicabiles. o ineffabilẽ recipro
catõem ſancti amoris. filiꝰ patiꝭ
valde. et mater nimis patiebatur
mater eſt cõpaſſa patiẽti vnigeni
to. filiꝰ recõpaſſus eſt patiẽti mr̃i
Tantus eñ fuit ipetꝰ paſſionis
dñi ieſu vt q̃ſi torrẽs xp̃m patien
tẽ impleret dolor et inebriaret. ⁊
eo impleto i mr̃em effl ueret. qua
ſilr̃ impleta in ipm filiũ patiẽteʒ
quodãmõ paſſio redundaret. De
iſta generalitate paſſionis loquiꝭ
Bern̄. in quodã ſmone dicẽs. Ca
put angelicis tremendũ ſpiritibꝫ
denſitate ſpinaꝝ pũgiꝭ. facies pul
cra p̄ filijs hoim ſputis iudeoꝝ
deturpaꝭ. oculi lucidiores ſole ca
ligant in morte. Aures q̃ audiunt
angelicos cantꝰ audiũt peccatoꝝ
inſultꝰ. Os qd̃ docet angelos fel
le ⁊ aceto potaꝭ. Pedeſ qꝝ ſcabel
la adoranꝭ cruci clauo affigũtur.
Manꝰ q̃ formauerũt celos ſunt
extẽſe in cruce: clauis affixe. Cor/
pus verberaꝭ. latus lãcea pforaꝭ.
Et qd plura. nõ remãſit in eo niſi
lingua vt p pctõribꝫ oraret ⁊ ma/
trẽ diſcipulo cõmẽdaret. Et Chry
ſo. ſup Math. Que nobis erit cõ
tumelia poſtq̃ hec xp̃s paſſus ẽ.
nec eni ꝑticula vna ſed totũ corpꝰ
iniurias patiebaꝭ. caput ꝑ coronã
manus ꝑ clauos. os ꝑ acetũ. faci
es cõſpuebaꝭ. gene vellebantur. et

tādē totū corpus in cruce expādit et pforat. ¶ Tercio fuit dolor xpi maximus ꝓpter genus paſſionis et mortis. qꝛ mors cōfixoꝝ in cruce fuit acerbiſſima et hoc ꝙ tales cō figunt in locis neruoſis ꝛ maxime ſenſibilibus .ſ. in manib ꝛ pedibus. ꝛ ex hoc ꝙ ipm corpis pendentis cōtinue auget dolorē. Nō eni habuit ſuſtētatōnē corpus illud magnū et ꝑfectū niſi vulnera quatuor in qbus pēdebat exquo valde diſtendebat et lacerabat. et ex h fuit crucifixo acerbiſſima. qꝛ dolor in iſta paſſione diuturnior eſt. nō eni tales cito moriūtur ſic gladio interempti. imo dñs trib horis pēdebat in cruce i iſto intēſiſſimo dolore. De hoc loquens Auguſti. ſup Johan. d. Jſta morte crucis nihil fuit peius inter oia genera mortiū. et deducit ibidē ꝙ iſta mors erat maior opprobrij maioris ſupplicij. longior exterminij. Subdit ꝙ paſſione et morte crucis nihil erat tūc in carne intolerabili9. ꝛ nihil eſt cruce in frō te glorioſius ¶ Quarto fuit dolor paſſionis chriſti maxim9 propter etatis ſue qualitatē. Mortu9 eni fuit in etate in qua maxime viget hois robur et fortitudo ꝛ oia vitalia tūc ſūt viuaciſſima et ideo maior eſt dolor i tli etate ꝛ mors innaturalior ꝛ cū maiori violētia ꝛ dolore ¶ Quinto fuit rōne finis paſſionis. Fuit eni finis paſſionis liberatio gener hūani a pctō ꝛ ſatiſfactio ꝓ pctis totius mūdi. ꝓpter hoc eni dñs patiebat ꝛ moriebat vt ꝑ hoc genus humanū redimeret ꝛ ꝓ totius mūdi peccatis fatiſfaceret. Et ideo vt vult ſan. Tho. vbi ſupra. Tātū dolorē aſſumpſit dñs voluntarie ꝙ erat ꝓporcionatus magnitudini ſubiecti fructus q inde ſeqbat. Erat ei ſufficiēs ſatiſfactō ꝓ oim pctis. ꝛ licet minim9 dolor xpi ſuffeciſſet ꝓ pctis oim hoim et hoc ꝓpter dignitatē diuie pſone ex q infinitā habuit virtutē. tñ vt dicit .ſ. Tho. Chriſt9 voluit humanū genus liberare a pctis nō ptāte. ſ iuſticia Et ideo nō ſolū attēdit qtā virtutem haberet dolor eius ſed etiam quātus ſufficeret ſm naturā hūanā ad tantā ſatiſfactōē. et videt ſic poſſe intelligi .ſ. ꝙ dñs nō cōtentus fuerit vt pateret ꝓ nobis dolorē quē leſio exterior ſibi poterit inferre. ſed vt eſſet plenior ſatiſfactio ꝓ factis pctis nr̃is auxit dolorē ꝛ ſponte tm̄ aſſumpſit vt eſſ ſufficiens ꝛ plena vel ſufficiens ſatiſfactō ꝓ pctis totius mūdi que ꝓpter imēſam multitudinē ꝛ infinitā magnitudinē pctōꝝ oportuit eſſe intēſiſſimū. Ex iſt ꝛ alijs ſilibus cauſis pt ꝙ ſenſibilis dolor corpis xpi paſſionis fuit maxim9 inter oēs dolores hui9 vite. ¶ Secūdo declarat ꝙ etiā triſticia interior xpi tpe paſſionis ſue fuit maxia int oēs triſticias hui9 vite ꝛ ſimilit ex plibus cauſ. ¶ Pria fuit mltitudo et magnitudo pctōꝝ ꝓ qb triſtat9 eſt. nā ipe triſtabat ꝓ pctis oim hoim pñtiu ptitoꝝ ꝛ futoꝝ. ꝛ iſta triſticia i eo exceſſit lōge ꝛ ineſtiabilit oē triſticiā cuiuſcūq cōtriſtati. ſic pctā toti9 mūdi ꝓ qbus triſtabat inūerabilit plā fuerūt pctis cuiuſcūq cōtriſtati. ¶ Scda cā fuit claritas ꝯgnitōis ſue tāto ei qs plus deteſtat pctm̄ ꝛ tāto ſibi plus diſplicet qto ꝑfecti9 noſcit neqciā ſiue maliciā pcti

⁊ dignitatē dn̄i dei ſūme boni qui eo offendit̄ ⁊ cōtemnit̄. ſ ꝑ̄s dn̄s etiā ſm hūanā naturā rōne ineſtimabilis ſapiētie ſue create diſtinctiſſime nouit infinita pctā mūdi ⁊ infinitā eoꝝ maliciā ⁊ ſpretū ſiue cōtēptū q̄ ꝑ illa fit īmenſo bono dn̄o deo cui tā multiplicit̄ obligamur ꝓpter infinitā ſuā dignitatē ꝓpter inūerabilia bn̄ficia ſuſcepta iō pctā illa ⁊ ipoꝝ multitudo ⁊ magnitudo ⁊ nr̄a deteſtabil' ingratitudo de tantis bonis ⁊ donis cauſabāt in eius hūanitate ineſtiabilē triſticiā diſplicētiā ⁊ deteſtationez eoꝝ. ¶ Tercia cauſa fuit eius maxia charitas ⁊ dei dilectō. q̄to ei dei dilectō maior eſt ī aliq̄ tanto plus diſplicet eidē om̄e aduerſū deo ⁊ eius offenſiuū. ſ ꝑ̄s ſm hūanā naturā habuit improportōnabilit̄ maiorē charitatē q̄ aliq̄ alia creatura vn̄q̄ habuit vel habitura ſit de lege dei ordinata. q: dat⁹ eſt ſibi ſpūs nō ad mēſurā Joh.iij. ⁊ iō ineſtiabiliter diſplicuerūt ſibi pctā hūani generis ⁊ cauſabāt ſibi maxiaz triſticiā eo ꝙ ſūt ⁊ fuerūt offenſa tā grauis dn̄i dei intēſiſſime ſibi dilecti. ¶ Quarta cauſa fuit amiſſio vite corꝑalis q̄ amiſſio eſt naturalit̄ horribil' hūane nature ſibi derelicte ſic dn̄s in hora paſſiōis vires īferiores aīe dereliquit ꝓ pe nature. ⁊ ita corꝑalis ꝑi vita tāte fuit dignitat pci/cipue ꝓpter diuinitatē vnitā ꝙ de eius amiſſione etiā ad vnā horaz eſſet magis dolēdū q̄ de amiſſione vite alteri⁹ hoīs ꝑ tps etiā q̄tūcunq;. Vn̄ Phs.iij.ethi.d. Ex virtuoſ⁹ tāto plus diligit vitā ſuā q̄to ſcit eā meliorē. ⁊ tn̄ eaz exponit ꝓpter bonū virtutis. ⁊ ſic etiaz ꝑ̄s vitā ſuaz digniſſimā ⁊ maxie dilectā expoſuit ꝓpter bonū charitatis. ſm illud Hiere.xij. Dedi dilectā aīam in manus inimicoꝝ

¶ Quīta cauſa fuit caſus et pctm̄ iudeoꝝ in eius morte delinquētiū qui tā ml'tipliciter erāt debitores ſui ob qđ ipis ſingularit̄ tā multa ⁊ magna bn̄ficia exhibuit. De q̄bus omībꝫ tā ingrati erāt vt nō ſolū ea n̄ agſcerēt et cōfiterēt̄. ſ etiā tātū bn̄factorē crudelit̄ occiderēt. ꝓpter qđ de eis dici poterat Retribuebāt mihi mala pro bonis et odiū ꝓ dilectōe mea. Ex aūt multa bona ipis oſ̄derit ptz. q: fuit popul⁹ ſuus p̄ omībꝫ electus quē de ſeruitute egiptiaca liberauit ⁊ a graui onere pharaonis quē in deſerto māna pauit an̄ cuius faciē aquas maris ⁊ iordanis diuiſit ⁊ q̄ſi in vtrez cōgregauit vt eſſent eis q̄ſi ꝓ muro a dextr et a ſiniſtris an̄ cuius faciē gentes fortes ⁊ multas de terra ſua eiecit vt eis daret in poſſeſſionē terrā mel le ⁊ lacte manantē ⁊ alia inūerabilia bōa eis oſ̄dit a p̄ncipio. ⁊ nūc in carne ſpāliter venit ⁊ inter eos ſpāliter cōuerſat⁹ ipſoꝝ infirmos ſanauit. cecos illūiauit. demones effugauit. mortuos ſuſcitauit ⁊ innūerabilia alia miracula opatus ē Peſſimoꝝ ergo iudeoꝝ pctm̄ ⁊ ingratitudo de tāt bn̄ficijs auxit etiā interiorē triſticiā chriſti dn̄i. ⁊ nō ſolū pctm̄ iudeoꝝ tūc exn̄tiuz ⁊ in ꝑi mortē ꝯſentiētiū auxit ei⁹ triſticiā. ſed etiaz iniquitas et magnitudo futuroꝝ hoīm quā vidit ⁊ nouit diſtincte ſicut oīa noſcit Vn̄ Bernardus in quodā ſermone loquēs in ꝑſona chriſti dic̄. O homo vide que ꝑ te patior. nō eſt

dolor ſicut q̄ crucior ad te clamo qui ꝓ te morior. vide penas quibꝫ afficior. vide clauos quibus perfo dior. ⁊ cū ſit dolor tantus exterior interior tñ eſt plāctus grauior cuꝫ te tā ingratū experior. Et iterū ī quo dā ſermone dicit ad peccatores et iterū loquit̄ in ꝑſona xpi. Nō ſa/ tis ꝓpter te vulneratus ſū. nunqd ꝑ mea iniq̄tate afflictus ſū cur ad dis afflictōnē afflicto. magis ag/ grauāt me vulnera tui pctī q̄ꝫ vulne ra corpis mei. Et Raban⁹ dicit Ui debat dn̄s ad augmentū dolorꝭ ſui ſanguinē ſuū tā viliter ⁊ tā inu tiliter effuſū. q2 ſic inuacuū labo/ rauit q2 tūc vix vnū latronē acqui ſiuit. ⁊ vnū apoſtolū ꝑdidit Uide bat in p̄ſentibus et futuris gene/ rale ingratitudinē q̄ etiaꝫ a xpianis tanq̄ꝫ mortuus dādus erat obli/ uioni. ⁊ q̄ pauciſſimi ſūt qui ei de tanto bn̄ficio gratias agāt. Uide bat etiā p̄ſentiū et futurorū peſſi/ mā viciſſitudininē ab his qui ode rūt eū gratis ⁊ retribuūt mala ꝓ bonis. q2 ſi pati poſſꝫ adhuc peio ra a malis xpianis pateret̄ q̄ꝫ tūc a iudeis. Un̄ ſuꝑ dolorē vulnerū ſuorū addentes p̄uaricatōes pla gas eius quotidie et renouāt ⁊ ite rū crucifigūt atq3 oſtentui habent ¶ Sexta cauſa fuit ſpecialit̄ caſ⁹ ſuoꝝ diſcipulorū ⁊ ceteroꝝ amico rū qui eū deſeruerunt. vt ipſe lon ge ante p̄dixit ꝑ ꝓphetā Yſa. lxiij. Torcular calcaui ſol⁹ et nō eſt vir mecū de gentibꝫ. Et in alio ꝓphe/ ta. Opprobriū ſuſtinuit cor meuꝫ expectaui qui ſimul cōtriſtaretur ⁊ nō fuit. queſiui conſolanteꝫ me et nō inueni. Et nō ſolū amici ſui et noti deſeruerūt. ſed ⁊ in eo ſcanda lizati ſūt qui cū eū vt hominem pa ti et mori viderūt. tunc eū ſolū ho minē eſſe crediderūt. vel de eius diuinitate dubitauerūt. R

¶ Septima fuit ꝓpinquitas ſui venditoris. venditus eñ fuit ⁊ tra ditus nō a q̄cunq3 ſꝫ a diſcipulo ⁊ ap̄lo cōmenſali. Qđ cōq̄rit̄ in p̄s. cū dixit. Si inimic⁹ meus maledi xiſſꝫ mihi ſuſtinuiſſē vtiq3. et ſi is qui oderat me ſuꝑ me magna lo/ cutus fuit abſcōdiſſem me forſ. ab eo. Tu vero homo vnanimiſ dux me⁹. ⁊ not⁹ meus Qui ſimul me cū dulces capiebaſ cibos in do. d. an. cū cōſenſu. Qui edebat panes meos. ſcꝫ in ſacra cena. magnifica uit ſuꝑ me ſupplātationē. Ea autē mala que nobis inferunt̄ ab illis q̄ nos diligere deberēt plus cōtri ſtāt q̄ꝫ que ab extraneis fiūt. Un̄ dicit Grego. in ome. xxxv. Mino rē dolorē mala inferunt que ab ex traneis inferūtur. Plus vero in nob tormēta ſeuiunt que ab illis patimur de quoꝝ mentibꝫ p̄ſume bamus quia cū dāno corpis ma/ la nos cruciāt amiſſe charitatis. Subdit Hinc eſt q̄ de iuda pro/ ditore ſuo ꝑ p̄s. dn̄s dicit. Si ini/ micus meus maledixiſſet. ⁊c. vt prius fuit allegatū Et ſubdit Gre gorius. Ac ſi dn̄s apertis vocibuſ de ſuo traditore diceret. tranſgreſ ſionē eius grauius ꝑtuli q̄ꝫto hāc ab eo qui meus eſſe videbatur ſen ſi. ¶ Octaua fuit ꝑceptiuitas ani me chriſti. Nā triſticia cauſatur ex apprehenſione diſcōuenientiū et nolitoꝝ. Quāto quis diſtinctius ꝑcipit illa mala diſcōuenientia et triſticie inductiua tāto maiorem cauſant triſticiam. Sed anima ipſius chriſti ſc̄m omnes vires ſu as interiores apprehendit effica/

ciſſime ⁊ diſtinctiſſime oïa p̄dicta mala ⁊ omẽs circũſtãtias eoꝝ eo ꝙ omia cognoſcit ideo maximaꝫ cauſabãt triſticiã in eo ꝙ clare no ta erant. Ex hiſ igit̃ ⁊ aliĳs ſilibus cauſis fuit triſticia aïe xp̄i maxia inter omnes triſticias huius vite ꝓꝑ illã ergo magnitudinẽ dupli/ cis paſſionis xp̄i. ſ. doloris exterio ris ⁊ triſticie interioris ſup omẽs paſſioẽſ hui⁹ vite dixit ꝓpha Hie re. j. Treno. O vos om̄es q̇ tran ſitis ꝛc. ¶ Per h̄ ãmonens nos ꝙ ſepe debemus oculo inte/ riori ⁊ mẽtali videre actu cognitõ nis et meditatõis. et ex h̄ etiã mo ueri actu deuotõnis ⁊ affectõis ⁊ attẽdere. i. attente cõſiderare mor tẽ ⁊ paſſionem xp̄i ⁊ p̄dictas alias cauſas acerbitatꝫ vſuſqꝫ paſſionis ſue. ſ. ⁊ doloris ſenſibilis exteriorꝫ et etiã triſticie interioris. qꝛ tl'is at tẽta cõſideratõ ⁊ iſpectõ paſſioniſ xp̄i vulneꝝ ⁊ cõtumeliaꝝ eius val de eſt hoïbꝫ ſalutaris. Cui⁹ figura p̄ceſſit Nũeri. xxi. vbi dꝛ Cũ ſer pentes irruerũt in filios iſrael et plagas multas feciſſent in popu lo. Venerũt ad moyſen ⁊ rogaue rũt. d. Ora vt tollat a nobis dñs ſerpẽtes. Orauitqꝫ moyſes ꝓ po pulo ⁊ de mãdato dñi fecit ſerpẽ tẽ eneũ quẽ exaltauit in ligno quẽ pcuſſi a ſerpẽtibꝫ cũ aſpicerẽt ſana bant̃. Qd̄ fuit figura de xp̄o exal tato in cruce. ſicut exp̄ſſe oñdit ip̄e met ſaluator Johan. iĳ. vbi dicit. Sicut moyſes exaltauit ſerpẽteꝫ in deſerto. ita exaltari o;tet filiuꝫ hoïs. vt omis q̇ credit in eũ non pereat ſed habeat vitã eternã. De hoc loquens Auguſti. omelia. vĳ. ſup Johã. d. Hoïes qui morde/ bant̃ a ſerpentibus intuebantur. Subdit qui ſũt ſerpẽtes morden tes pctã de mortalitate carnis ꝓ deũtia. Quis eſt ſerpens exalta t⁹ mors dñi in cruce morſus letaliſ ſerpentũ mors xp̄i vitalis. Reſpi/ citur ḡ ſerpens. ſ. xp̄s vt nihil va/ leat mors. Reſpiciat̃ ſerpens. ſꝫ ſi ne veneno vt reſpiciẽs curet̃ ab oĩ veneno. Et ſubdit. Nos ergo frẽs vt a pctõ ſanemur xp̄m crucifixũ intueamur. quõ em̄ qui intueban tur illũ ſerpentẽ morſibꝫ nõ peri/ bant ſerpentũ. ſic qui intuent̃ fi/ de xp̄i mortẽ ſanant̃ a morſibus peccatoꝝ. ſed illi ſanabãt̃ a morte ad vitã tp̄alẽ. illi aũt vt habeant vitã eternã. Et ſi aſpectus figure olim vt audiſtis tantũ valuit vt eã aſpiciẽtes curaret a ſerpentuꝫ morſibꝫ. quante putatis eſt effica cie intuitus figurati. ſ. xp̄i redem ptoris in erecto ligno ad clauos depẽdentis. Vis ḡ mortẽ eternã euadere r̃ſpice huc ad chriſtũ cru cifixũ. et reſpice nõ ſolũ ocul' cor/ poris ſed m'to magis oculis cor dis. Vis mundũ ſpernere ⁊ car/ nem vincere reſpice huc ⁊ crucifi/ ge carnẽ tuã cũ viciĳs et cõcupiſcẽ/ tĳs. Vis a venenoſis ſerpentum morſibꝫ. i. demonũ ſuaſiõibꝫ ⁊ pec catoꝝ vulneribꝫ ſanari r̃ſpice huc qꝛ vt ſupius allegaui Berñ. dic. Nihil tã efficax mihi ad curãduꝫ ꝯſcie vulnera necnõ ad purgãduꝫ mẽtis aciẽ ꝙ̄ et vulneꝝ chriſti ſe dula et deuota meditatio. Et qꝛ ſaluatoris cognitio eſt meditatio paſſiõis chriſti iõ d̄ ea diligẽt̃ nos ãmonet btũs Aug. in quodã ſer/ mone ad virgines vbi dicit. In/ ſpice vulnera pendentis in cruce. ſanguinem moriẽtis. p̄cium redi mẽtis. cicatrices reſurgẽtꝫ. Caput

habet inclinatū ad oſculādū. cor aptū ad diligendū. brachia exten ſa ad amplexādū. totū corpus ex poſitū ad redimēdū. Sbdit Hec quāte ſint cogitate hoc in ſtatera cordis veſtri appēdite vt totus no bis figatur in corde qui tot⁹ fuit ꝓ nobis fixus in cruce ¶ Vt aūt adhuc clarius cognoſcamus exceſſuꝫ paſſionis chriſti ſup omnes alias paſſiones huius vite. ⁊ vt ſm ꝑdicti. b. Auguſtini cōſiliū chriſtus totalius infigat cordib⁹ noſtris ꝑ cognitōnē. amorē et per cōpaſſionē vt etiā poſſit qlibet ad inſtar ſpōſe ſibi ex eis colligere et colligare faſciculū mirre ⁊ eū col ligatuꝫ inter vbera ſua. i. in corde ꝑ iugē ⁊ viuacē eoꝝ memoriā col locare. ſumeinus breuiter aliquaſ ꝑticulas paſſionū xp̄i ꝑcurrendo aliqualiter ingreſſū eius in mundū. ꝓgreſſū eius in mūdo. et egreſ ſuꝫ ei⁹ de mūdo. In igreſſu etem̄ in mūdū mox vt natus eſt tribula tionē et dolorē inuenit. Naſcitur em̄ in ſtabulo. vilib⁹ pānis inuol uitur. ſup dura iumentoruꝫ pabu la in ꝓſepio collocatur. Et vt no ſtris mederetur doloribus. dolo rem ſubijt circuncisionis. ligatur faſcijs. et iam ſeuit in eū rex iudeo rū. Atqꝫ adhuc pendēs ad vbera matris fugiēs a facie herodis por tatur in egiptū. In ꝓgreſſu vero in hoc mūdo longe exceſſit alios in labore et dolore. qs ergo mor taliuꝫ vnqꝫ fuit tāte paupertatis. tante abſtinentie tam ꝓlixus in vi gilijs. tam freqūēs in orationib⁹ tam cruciatus fame et ſiti quādo in deſerto cū feris manens ſuā in nocentiſſimaꝫ carnē ꝓ nobis ma cerauit ieiunio. xl. dieruꝫ et noctiū

Vbi et illuſoris ſpiritus tempta menta vt nobis noſtra tolerabi lia faceret equanimiter tolerauit. Quis tā cōſtans fuit in labore et ſudore vultus ſui cū circūibat ciui tates et caſtella euāgelizando ver bū dei ſermonēqꝫ confirmādo et virtutē diuinitatis ſue demōſtran do ſequentibus ſignis. Vbi etiaꝫ multas ab impijs iudeis ſuſtinu it contumelias irriſiones: expro brationes. cōtradictōes verboruꝫ ſuorū. et opa diuina q̄ in eis ope rabatur. ⁊ que nemo alius potuit opari blaſphemātes attribuebāt arti magice et beelzebub principi demoniorū. ſepe inſidiabātur vi te ſue intentando ſibi morteꝫ ⁊ eū lapidibus impetendo. In egreſ ſu eius a mundo ſtatim poſt vlti mā cenā appropinquāte hora tra ditionis ſue cepit (referente ſacro euāgelio) tedere ⁊ pauere ac meſt⁹ eē. ita vt ipſemet diceret ſuis diſci pulis ⁊ amicis. Triſt eſt aīa mea vſqꝫ ad mortē. ſanguineus ſudor agonizātis mēbra tam copioſe ꝑ fudit. vt iam nō diſtillarēt. ſꝫ gut tatiꝫ in terrā decurrerēt. quod vti qꝫ certiſſimū fuit indiciū maxime et amariſſime paſſionis que ſibi de propinquo iminebat ⁊ quā di ſtinctiſſime nouit et ineuitabiliter mox voluit ſuſtinere. Nequaqꝫ ei corpus extriſecus tanto taliqꝫ ſu dore deflueret niſi cor intrinſecus ꝓpter ineſtimabile malū de ꝓpin quo imminēs anxiaret. tāti mali naturali horrore et nimio dolore violentia artaretur. volūtarie oc currit ſuis inimicis eū ad morteꝫ querentibus. viri ſanguinū cruen tas man⁹ iniecerūt in eū et agnū mitiſſimū in nullo oblatrantē et

nihil renitentē duris vincul' vincientes tanq̄ latronē trahebant ad domum anne primuȝ. vbi etiam poſt alias iniurias ḡui vbere ī facie a ſuo pōtificis ſuſcepto. Iteꝝ vinct⁹ ducit ad domū cayphe p̄ncipis ſacerdotū. vbi poſt mlta falſa teſtimonia vultū ei⁹ venerabilē in quē deſiderāt angeli ꝓſpicere. qui oēs celos adimplet leticia pollutis ſuis labijs ſputis multipliciter inquinauerūt. ſacrilegis manibus glorioſam faciē cedebant. velo in deriſionē operuerūt. ⁊ dn̄m vniuerſe creature ſicut ſeruū ꝯtēptibilē et deſpectiſſimū colaphizauerūt. Tūc propter hec ⁊ alia incōmoda noctis toti⁹ in eo verificatū eſt quod de eo p̄dixit Yſa. liij. Nō eſt ſpecies ei neq̄ deco. vidimus eū no. vi. ⁊ ſci. infir. et q̄ſi abſconditus vultus ei⁹ ⁊ deſpectus vnde nec reputauim⁹ eū. Uere lāguores nr̄os ipē tulit. ⁊ dolores nr̄os ipē portauit. et nos putauimus eū q̄ſi leproſū et ꝑcuſſum a deo et hūiliatū: Ipē aūt vulneratuſ eſt propter pctā noſtra. attrit⁹ eſt propter ſcelera nr̄a. diſciplina pacis nr̄e ſuꝑ eū et liuore ei⁹ ſanati ſumus. Poſt iſta toti⁹ noctis incōmoda ieſum iteꝝ ligatū duxerūt de domo cayphe in p̄toriū. ⁊ pilato p̄ſidi tradiderūt. q̄ eū miſit herodi vbi poſtq̄ deriſus fuit ī alba veſte velut ſtultuſ remiſſus ē ad pilatū. qui eū app̄hēdit inq̄ ligādo ad ſtatuā. ⁊ ſic ḡuiter flagellari iuſſit aut ꝑmiſit ꝙ ſanguis eiuſ tā copioſe colūnā aſꝑſit ꝙ fertur adhuc rubra illi⁹ ſāguis veſtigia ſeruare. In his oīb⁹ nō ſatiati dominū ieſū deriſorie ac cū nimia pena et confuſiōe velut ad imaginē regis induūt et coaptāt circūdantes ei veſtem coccineam qua antiquit⁹ reges vti ſolebāt. ⁊ plectentes coronā de duris ⁊ acutiſſimis ſpinaꝝ aculeis denſam illā capiti ſuo nō ſolū ad irridendū ſ; ad puniendū īpoſuerūt q̄ ſctiſſimū corpus multipliciter vulnerauit. et guttas ſanguīs vndiq̄ eliciēs vſq̄ ad venerabilē ei⁹ faciē et colluȝ defluere cepit: baculū arūdineuȝ quē ei in deriſionē loco ſceptri regalis dederūt de ipſius manu rapiētes cū eo vulneratū caput dn̄i ꝑcuſſerūt poſitis corā eo in terra genib⁹ adorāt ſubſānādo atq̄ eū regē iudeorū cōclamantes. ⁊ mox ad ꝯſpuēdū amabiles genas ſubſiliūt. maxillas palmis ꝑcutiunt ⁊ ei⁹ venerabile collū colaphiſ dehonorant. Poſt hoc dn̄ſ recepta in ſe ſn̄ia mortis iubet dorſū incuruare ſub cruc; onere. et ſuſpi⁹ portare ignominiā. ſ. crucē tūc valde ignominioſam et ad locū ſupplicij deductus. potat myrrha ⁊ felle. nudat veſtib⁹ vt videat virginea ei⁹ caro tota vulnerata ⁊ verib⁹ vndiq̄ lacerata. affigit cruci ferreis clauis q̄bus eis ſanctis manib⁹ ⁊ pedib⁹ ꝑforat; totū corp⁹ ſic dextrorſū ⁊ ſiniſtrorſū ſurſū ⁊ deorſū diſtendit vt oīa ei⁹ oſſa valeant nūerari. Ita eīn ipē p̄dixit ꝑ ꝓphām. Foderūt man⁹ meas et pedes meos. dinumerauerūt oīa oſſa mea. In cruce leuat ⁊ ſolis q̄tuor manuū et pedū vulneribus ſuſtentatus trib⁹ horis ſic pendebat in cruce nudus in medio duorū latronuȝ. Uino myrrhato ⁊ felle potat. a iudeis irridet ⁊ ſubſannat. ⁊ tanq̄ omnib⁹ conſūmatis inclinato capite tradidit ſpm̄.

De cuius latere adhuc militis lancea aperto manauit ſanguis ⁊ aq̄. Nec dubita p̄cioſi ſanguis copioſos riuos ex q̄nq̨ vulnerib⁹ manuū pedū et lateris effluxiſſe. Hec et alia que chriſtus pro nob paſſus eſt figamus in corde nr̄o. ea ſedule meditemur et compatiamur ſaluatori nr̄o dn̄o patienti. vt mereamur dn̄o eidē cōregnare regnanti. Quia dicit apl's. ij. ad Thimo. ij. Si cōmortui ſum⁹ et cōuiuemus ſuſtinebim⁹ et conregnabim⁹. Exeam⁹ ſm monita eiuſdem apl'i ad Heb. vlti. ad eum extra caſtra. i. extra ꝯcupiſcētias huius ſecl'i īproperiū crucis et vicu loꝝ aſperitatē cum illo portātes. Non em̄ decet membrū eſſe delicatū ſub capite crucifixo. nec ad capitis corpus iudicat̄ ꝑtinere mēbrū quod capiti nō fuerit cōpaſſum. Cōpatiamur itaq̨ dn̄o ſaluatori noſtro. ⁊ iugiter eū corde ⁊ oculis inſpiciam⁹ in om̄i illa hūilitate quā ꝑ nobis ſuſcepit. In oi iſta abiectione quā pro nobis ſuſtinuit. In omni iſta aduerſitate quā ꝑ nobis et pro nr̄a ſalute paſſus eſt. vt eum mereamur videre in infinita gloria ſua qua in celis regnat in eternū cum patre ⁊ ſpū ſancto vn⁹ deus in ſecula benedictus Amen.

De paſſione dn̄i Particula prima Sermo xxxv

**N priorib⁹** tribus ſermōibus dixi d̄ tribus q̄ mihi vident̄ a quolibet fideli in chriſti paſſione ꝯſideranda ⁊ ſollicite meditāda. Primo eni enūeraui multiplices fructus q̄s nobis chriſti mors et eius paſſio cōtulerūt. Sc̄do enumeraui charitatē patientiā ⁊ mltas alias virtutes q̄s nobis dominus in ſua paſſiōe oſtēdit ⁊ ad imitandū propoſuit. Tercio enūeraui plures cauſas propter quas vtraq̨ paſſio chriſti. ſcz tā interior triſticia q̄z exterior dolor maior fuit omni alia paſſione huius vite. Cōſeq̄nter ad tunc dicta propono nūc hyſtoriā dn̄ice paſſiōis vt ſaltem iuniores habito aliq̄li ītellectu ꝑticulariter etiā poſſint ip̄as facilit̄ inſpicere oculo ⁊ tenacius memorie cōmendare ac deuotius. et cum maiori affectu ſingulas meditari. atq̨ ita ex omnibus chriſti paſſionib⁹ tanq̄z ex multis myrrhe ramuſculis ſibi cū ſponſa faſciculum myrrhe colligere ⁊ colligare quē ad fouendū deuotionem portent in cordis clara noticia et viuaci memoria. Rogem⁹ igitur mariā virginē matrē miſericordie vt nobis īpetrare dignet̄ gratiaꝫ qua directi et illuſtrati ſic d̄ aliis loquamur. ſic ea audiam⁹ ⁊ taliter corde ꝑcipiamus q̄ ſit deo ad honorem et nobis ad ſaluteꝫ Pro quo eā ſalutem⁹ angelica ſalutatiōe dicentes. Aue maria ⁊c̄.

VI Dominus et ſaluator noſter quod aliis p̄cipere voluit ip̄e pri⁹ in ſe opere oſtendit. ⁊ poſtea alios ad idem faciendū ammonuit. Propter quod dicit̄ Actuū. j. Cepit ieſus facere et docere. imo quia dominus ſolum propt̄ nos homo factus eſt ⁊ defectibus noſtris ſubiectus. ideo q̄diu in hac vita cōuerſatus eſt nihil in hūana natura fruſtra fecit aut patiebat̄.

ſed totū ordinauit ad ſalutē et in
formatōem atq3 exemplū fideliū
ſuoꝝ. propter qđ oīs chriſtianus
deb3 doctrinā vitā et paſſionē xp̄i
p̄ oculis habere ac iugiter intueri
tanq3 exemplar clariſſimū oīs
ſctītatis atq3 illud imitari ſm exi
gentiā ſtatus ſui. ad qđ vtiq3 req
rit aliq̄lis noticia eoꝝ. ꝓ q̄ habē
da p̄ſentē ſermonē incipiam⁹ me
morantes illud qđ dn̄s ante ſue
paſſiōis inchoatiōe3 fecit. De quo
ſcribit egregi⁹ euāgeliſta Johānes
Ex domin⁹ noſter appropiquāte
illa benedicta hora in qua decreue
rat ꝓ ſalute noſtra ſufferre tā triſte
ſuppliciū in ſanctiſſima ſua carne
qua3 de intemerata virgine traxit
antequā corpus ſuū daret diſcipu
lis ac iſtitueret illud ſacratiſſimu3
corporis ꝛ ſanguinis ſui ſacramē
tū. ſurrexit a cena ꝛ depoſitis veſti
mētis ſuis precinxit ſe lintheo. Et
cū ꝓ pꝛijs manib⁹ miſiſſet aquā in
pelui lauit pedes diſcipuloꝝ ſuoꝝ
et exterſit lintheo quo erat p̄cinct⁹
Et quia ſciuit dn̄s ꝙ in moralib⁹
plus mouent exempla q̄3 verba ſo
la: ipſe prius oſtendit in ſe opus
hūilitatis ꝛ poſtea cū reſedit diſci-
pulos ꝛ nos ad eū in hoc imitan-
dū ammonuit dicens. Si ego do
min⁹ ꝛ magiſter veſter laui pedes
veſtros fortius debetis alter alte
rius lauare pedes. Exēplū em̄ de-
di vobis vt quēadmodu3 ego feci
vobis ita ꝛ vos faciat3. ¶ In quo
ſuo op̄e tria nos docuit dominus
ſuo exemplo. Primu3 eſt miſeri-
cordia ꝛ ſubuentio indigētie proxi
moru3 ꝛ opera amicicie ꝛ amoris
fraterni. Lotio eī pedū facta pau
peri indigenti eſt opus miſericor-
die ꝛ facta alteri eſt opus amicicie
ꝛ fraterni amoris. ꝓpt̄ qđ ſm Ni.
de lyra ꝛ ſctm̄ tho. in poſtilla ſup̄
Johannē p̄ lotionē pedū deſignā
tur oīa op̄a miſericordie. ꝛ quod-
libet hūanitatis ꝛ pietatis officiū
ꝓximo impenſū. ꝛ ad talia impen
denda ꝓximo q̄libet tenet̄ ex p̄cep
to in neceſſitatis articulo. ſ3 extra
cauſa3 neceſſitatis tenet̄ homo de
bito ꝯgruitat3 ꝛ honeſtat3 Et ē no
tandū ꝙ ꝯſuetudinē lauādi ꝓxis
pedes ſenſibilit̄ ꝛ ad lr̄a3 q̄ apud
nōnullos obſuat̄ laudat. b. Aug⁹
ſup̄ Johannē dicēs. Eſt apud ple-
roſq3 ꝯſuetudo cū ſe inuicē hoſpi-
tio ſuſcipiūt faciunt ſibi inuicē fra
tres etiā op̄e viſibili. multo aute3
meli⁹ eſt et ſine cōtrouerſia veri⁹
vt etiā manib⁹ fiat. nec dedignet̄
qđ fecit chriſtus facere chriſtian⁹.
Cū em̄ ad pedes fratris inclinat̄
corpus etiā in corde ip̄o vł excitat̄
vel ſi iā erat ꝯfirmat̄ hūilitat3 af
fectus. Subdit Aug. ſed ex cepto
h̄ morali intellectu nūq̄d frat̄ fra
trē poterit a delicti cōtagiōe mū-
dare. Sed cōfiteamur inuicē de-
licta nr̄a ꝛ delicta inuicē donem⁹
ꝛ ꝓ nr̄is delictis inuicē orem⁹. at
q3 ita q̄dāmō īuicē pedes lauem⁹
Per hoc innuit ꝙ hō lauat ſpūa
liter fratri pedes cū q̄ztū in eo eſt
abluit ſibi maculas cordis. qđ fit
tripliciter. Primo remittēdo ei of
fenſā. ſm illud ad Col. iij. Dona-
te inuicē ſicut dn̄s donauit vob.
Scđo orādo ꝓ pctīſ eius. ſm illđ
Jaco. v. Orate ꝓ inuicē vt ſalue-
mini. Tercio ip̄m āmonēdo ꝛ fra
terne corrigēdo. ſm illđ Math.
xviij. Corripe eū int̄ te et ip̄m ſo-
lū. ¶ Scđo in hoc ſuo op̄e
docuit nos dn̄s p̄fectiſſimā hūi-
litatē. Magna etem̄ ꝛ p̄fūda ni-

mis fuit illa hũilitas ꝙ dei filiuſ ſe inclinauit ad terrã. et diſcipulorũ ſuoꝝ ſimpliciũ et ruſticanoꝛũ hoim ſctis ſuis manib⁹ lauit pedes viſibr lutoſos et maculatos qꝛ diſcalciate incedebãt. vt dic̄ Ni co. de ly. Et de hoc loqns Berñ. dicit exclamãdo. O mira pietas. o noua et inaudita hũilitas. xp̄s dei filius veloces pedes ad fundẽdũ ſanguinẽ de pura ꝛ intemerata virgie natus rex regũ ꝛ dominus dñantiũ añ diſcipulos reuerẽda genua flexit hũilis et ꝓclı̄u⁹ pedes eoꝝ lauit. Subdit. Quid tibi videt̄ o hõ qcunqꝫ es quem ira accẽdit. quẽ ſupbia cõſumit. qd tibi videt̄ de creatoꝛe tuo. ecce ꝓnuſ lauit pedes diſcipul' ſuis. ꝛ tu dedignaris recõciliari et hũiliari frib⁹ offenſis. in q̃ ſupbiã diaboli ſeq̄riſ ꝛ chriſti hũilitatẽ imitari ꝯtẽnis. non ppẽdẽs qđ ſcriptũ eſt Jaco. j. Deus ſupbis reſiſtit hũilib⁹ aũt dat grãm. ¶ Tercio oñdit nob' i illo ope excellentiſſimã patiẽtiã ꝛ mãſuetudinẽ cũ ip̄e dñs ieſus vniuerſe creature factoꝛ añ ſceleratiſſimũ ꝓditoꝛẽ ſuũ cui⁹ ip̄m non latebat crudelitas genuflexo ꝓcũbebat et maledictos pedes ſctiſſimis manib⁹ attrectabat lauit ꝛ extersit. Magna iniq̃tas et obſtinatio ꝓditoꝛis illi⁹ q̃ inter tot indicia charitatiſ ꝛ hũilitatis officia tantã iniquitatẽ adhuc cõmittere cogitabat. Et nimiũ admirabilis xp̄i caritas qui licꝫ pfecte noſceret malignitatẽ indurati coꝛdis ſicut certiſſime oĩa ſat. voluit tñ illi ꝓdito exhibere oĩa que mãſuetudinis et benignitatiſ erãt. ꝛ q̃b⁹ duri coꝛdis poſſꝫ ptinacia emolliri. ꝓpter qđ etiã in ip̄a captiuitatis ſue hoꝛa nõ negauit ei oſculũ. ꝛ inſup veteris amicicie ãmonuit euꝫ dicens. Amice ad q̃d veniſti. ſicut etiã horroꝛe imani crimis eũ terrere voluit cũ dixit. Juda oſculo filiũ hoĩs tradis. De hoc loquẽs Anſ. dicit. Hoc hũilitatis ꝛ manſuetudinis ſpeculũ intuere o hõ. ꝛ vide dñm ieſũ in tremendo iudicio viuoꝝ et moꝛtuoꝛũ añ pedes paupculoꝝ diſcipuloꝝ imo et iude neq̃ſſimi ꝓditoꝛis ſui ſe incuruantẽ. et diſce ex h̄ qꝛ mitis ẽ ꝛ humilis coꝛde et cõfundere in ſuperbia tua. erubeſce impatiẽtiã tuam memento ꝙ cinis es et puluis. et noli ſupbe eleuari ſup te nec ipatienter exagitari ꝯtra ꝓximũ tuũ ¶ Sed di. aliq̄s cũ dñs ſciuerit ꝙ talia fruſtra ſibi. ſ. iude exhiberent̄. qꝛ ſciuit ꝙ a pctõ p hec nõ retraheret̄ nec deſiſteret a concepta malicia niſi eã ope adimpleret. q̃re ergo illi indigno talia g̃tis voluit exhibere. Rñdet̄ ꝙ nihil per xp̄m dictũ aut factũ aut circa ip̄ꝫ geſtuꝫ eſt fruſtra. et ideo q̃ oĩa ad vtilitatẽ fecit noſ p hoc docere voluit patientiã etiã ad inimicos ſeruandã eſſe et eis dilectõnis ſigna foꝛe atqꝫ bñficia exhibẽda. vt p h̄ eoꝝ irã frangam⁹ et maliciã eoꝝ noſtris beneficijs vincam⁹. Docuit etiã nos p h̄ quõ ꝯtra fratrẽ peccantẽ nõ deberem⁹ cito turbari et tumultuari. ſed deberem⁹ ad eũ nos beniuole et mãſuete habere ſicut dñs ſe habuit ad ꝓditoꝛẽ ſuũ. ſic em̄ citius audiret coꝛrectõnem noſtrã et ſeq̄ret̄ eam libẽtius q̃ꝫ durã et auſterã. Anim⁹ em̄ hominis vt dicit Sene. generoſius eſt pl⁹ vult duci q̃ꝫ trahi Inſuper p multiplicẽ ãmonitionẽ iude v

bis ⁊ bn̄ficijs vt p̄dixi docuit nos dn̄s ꝙ cū frēz delinquentē ſecreto corripimus ſi nō ſtatiz a ꝓpoſito deſiſtit nō debem⁹ mox a diſcreta ām̄onitōe deſiſtere. ſed in corrigendo pſeuerare q̄zdiu nobis ſpes eſt de ipius emēdatōe p̄ noſtrā correctionē et ſecretā ām̄onitōz nō vno tm̄ mō aggrediēdus eſt. ſed multimodi ſūt apud ipz ⁊ varij attemptādi. Hoc eīz totū dn̄s circa proditorē ſuū fecit vt patet ex dictis. Cuius tn̄ obſtinatōnē ſciuit. igitur a fortiori nos h̄ circa primos facere deberem⁹ exemplo chriſti qz ipoꝝ obſtinatōnē neſcim⁹. ſz emēdatōnē ſperam⁹. ¶ Dato p̄dicto exemplo eximie humilitatis ⁊ patiētie et īminente iā paſſionis tp̄e in quo et dn̄s corpalē ſuā p̄ſentiā ſubtrahere voluit fidelibus. ita vt amplius nō cōuerſaret̄ cū eis cōtinue ſenſibiliter in ꝓpria forma. mox idē dn̄s nr̄ acceſſit ad aliud op⁹ ſalutꝫ nr̄e pficiēduz inter oīa memorabilia charitatiue dulcedinis ſue ad nos p̄cipuū et digniſſimū. Nā cū reſumptis veſtimētis ſuis reſediſſet ad mēſam inſtituit ſacramentū altaris in q̄ mira munificentia ⁊ largitas ſua appuit ꝙ ipis p̄mitiuis ſacerdotib⁹ ſanctis apparuit. ſ. apoſtolis ⁊ cōſequēter toti eccleſie ⁊ orbi terrarū ſub ſpeciebus panis ⁊ vini dedit corpus ſuū ⁊ ſanguinē ſuū in potū. vt qd in ꝓrio erat futurū ſacrificiū deo placens. ⁊ redemptōnis nr̄e inappreciabile p̄ciū. etiā nobis de cetero eſſet. imo et toti eccleſie vſqz in finē ſeculi viaticū et ſuſtentamētū animarū. Peracta cena cōſūmataqz lotione pedū ⁊ inſtituto p̄cioſiſſimo ſacramēto corpis ⁊ ſanguinis dn̄i. atqz terminato p̄claro ſermone quē ipe dn̄s poſt cenā corā ſuis diſcipulis fecit q̄ ponit̄ in euāgelio iohānis in quinqz capitulis Tunc vt narrat euāgelica hiſtoria [Egreſſus eſt ieſus trās torrentez cedron in ortū.] vbi ſm̄ Auguſti. multociens ꝯuenire ſolebat cū diſcipul' ſuis et loqui de his que nō erat phas alios audire. ⁊ ibi ex imminenti paſſione cepit pauere ⁊ tedere et meſtus eſſe. ꝓpter qd dixit diſcipulis ſuis. Triſtis eſt anima mea vſqz ad mortē Ubi ſm̄ Nicolaū de ly. ly vſqz pōt capi inteſiue qz tantū intenſa fuit triſticia q̄ztū poterat eſſe in hoīe viuo Alio modo pōt capi extenſiue. qz durauit vſqz ad horā mortis. Et auulſus paululū a diſcipulis ſuis. et poſitis genibus procidit in faciez ſuāz orans. et di. Pater mi ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte ne bibam illū. ⁊ factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſāg. decurrētꝫ ī terrā A

Circa iſta q̄ritur p̄mo. Utrū dn̄s pati voluerit et ſe volūtariū ſacrificiū deo patri pro nobis obtulerit. Et vnde ſibi venit tā vehemēs triſticia ⁊ cordis ſui anguſtia ⁊ ſudorꝫ anxietas que in illa hora mēbra ſua tā copioſe pfudit vt iaz nō diſtillaret ſed guttatī decurrerꝫ in terrā Pro iſta queſtione eſt dicendū ꝙ ſicut in xp̄o eſt duplex natura. ſcꝫ diuina ⁊ humana. ſic in eo eſt duplex volūtas. ſcꝫ diuīa ⁊ humana. Et in humanitate vltra volūtatē creataz ē etiā ſenſualitas et corp⁹. ¶ Scd̄o notādū ꝙ ſicut in nobis ſic ⁊ in xp̄o eſt ſm̄ humanā naturā duplex appetitus Prim⁹ eſt ſenſitiuus. qui eſt ſolus reſpectu ſenſibiliū delectantiū ⁊ contri

ſtantiũ. Alius eſt appetitus ratio nalis qui dicitur voluntas. Et ad huc dupliciter conſideratur. Uno modo vt natura. ſcȝ inquãtũ ſim pliciter ꝛ abſolute in aliqͩ fertur tanq̃ȝ in ꝑm ſe malũ. ꝛ ſic vocatur volũtas vt natura. Alio modo cõ ſideratꝛ vt arbitraria. ſ. inquantũ ĩ aliqͩ ferꝛ volitiue et nolitiue cũ quadã comꝑatione ꝑm ꝙ res illa habet bonitatẽ vel maliciã ex or dine ad aliqͩ. et ſic vocatꝛ volũtaſ vt arbitraria ſeu volũtas vt ratõ ¶ Ad queſtionẽ ergo propoſitaȝ dicitꝛ primo ꝙ chriſtus dñs diuia volũtate voluit pati et mori. Qr ꝑm iſtam eſt vnũ cũ patre et ſpũ ſancto. Et ergo ſicut tota trinitaſ voluit chriſtũ pati et mori. ita et chriſtus voluit hoc volũtate diui na. Ideo dicit mgr diſt. vlti. tercij ꝙ tota trinitas voluit vt xp̃s pa tereꝛ. Et chriſtus ad patrẽ de paſ ſione ſua loquens ait in pſal. Tu cognouiſti ſeſſionẽ meã. i. voluiſti ꝛ approbaſti paſſionẽ meã tibi eĩ placuit. Secũdo dicitꝛ ꝙ chriſtus volũtate ſua humana cõſiderata vt arbitraria ſeu vt ratio perfectiſ ſima volũtate voluit pati et mori propter noſtrã liberatõem. volũ tas enĩ dei erat vt xp̃s patereꝛ et moreretꝛ. non quia illa. ſ. mors et paſſio xp̃i bona eſſent abſolute in ſe. ſed qr erãt congruẽtiſſima me dia ad humanã ſalutẽ ꝓcurãdam Uoluntas autẽ chriſti vt ratio ꝑ fectiſſime cõformis fuit volũtati diuine. ideo ip̃e dñs talia pati vo luit et hoc volũtate vt ratio. Hoc etiã ex illo patet ꝙ chriſtus pro pter hoc venit in mundũ vt pa teretur pro ſalute et redemptione generis humani. que ſine eiꝰ paſ ſione fieri non potuit. Et ideo di citur Iſaie. liij. Oblatus eſt quia ip̃e voluit Et Luc. xij. Baptiſmo habeo baptizare. et quõ coartor vſq̃ȝ dum perficiatur. Ubi ad lit teram loquitꝛ de baptiſmo ſangui nis iſtius ſue ſanctiſſime paſſio nis. Et Ambroſius exponẽs di ctum verbũ in hoc capitulo dicit Tantũ deſiderabat et volebat ꝑ ficere opus noſtre redẽptõis quo coartabatur ex mora dilationis. Nam venientibꝫ quoq̃ȝ vna cum proditore viris ſanguinũ et que rentibus animã ſuã cum facibus laternis et armis per noctem vl tro occurrit et ſe eis primũ mani feſtauit et obtulit. Hoc etiam in nuit cũ poſt reuerſionẽ oratõis re uerſus ad diſcipulos dixit. Spi ritus qͩdem in ſe ꝓmptus eſt. ca ro aũt infirma. Ubi dicit Remi gius. Nũc dicit ſpiritũ ſuum ꝓm ptum eſſe ad patiendum. carnem vero infirmam timere dolorem paſſionis. ¶ Tercõ dicitur ꝙ ꝑm volũtatem vt natura et ſenſuali tatẽ talia pati refugiebat diſpen ſatiue. Nam filius dei ante paſſi onem ſuam ꝑmiſit carni agere ꝛ pati que ſunt eiꝰ ꝓpria. et ſimiliter ꝑmittebat omnibꝫ viribꝫ anime pati que ſunt eis ꝓpria. ſed ſenſu alitas naturaliter refugit dolo res ꝛ corꝑis leſionem. ſimiliter ꝛ voluntas vt natura rem in quam fertur ꝑm ſe ꝛ abſolute cõſiderata repudiat ea que nature contraria ſunt. ꝛ ſunt ꝑm ſe mala. Sed paſ ſio de ꝓpinq̃ iminẽs fuit talis. ſ. cõtraria ſenſui corporis xp̃i ꝛ toti eius nature et ip̃ius ineſtimabiliꝛ

volũtas vt natura ſic vehemẽter
refugiebãt. q̃ horruerunt ꝛ paue/
rũt tã amarã paſſionẽ ſimiliter ꝛ
mortẽ. Hec eſt intẽtio et ſentẽtia
ſan. Tho. in. iij. pte ſumme. q. xix.
Vbi etiã dat exẽplũ de hoc Nã in
viatore puro hoĩe ſenſualitas ac
etiã volũtas vt natura refugit na
turaliter ꝛ horret ſectionẽ vulne/
ris aut vſtionez tãq̃ malũ ſm ſe
inq̃ɀtũ abſolute cõſideratur ſub rõ/
ne leſiui. ꝛ ſine relatõne in aliquez
bonũ finẽ qualiter ſenſus ꝛ volũ
tas vt natura ꝯſiderãt illa Volũ
tas aũt vt ratio eligit ꝛ vult ean/
dẽ ſectionẽ et vſtionẽ ꝛ amarã po
tionẽ. nõ ſub ratione vſtionis leſi
ue aut ſectionis doloroſe. ſed ſub
ratione relatiua ip̃ius in bonũ fi
nez. qui p tale mediũ attingitur. vt/
pote ꝑpter ſanitatẽ cõſeruandã ac
recuperandã. et ſic vult homo ſe/
ctionẽ vſtionem aut amarã medi
cinã. et hoc volũtate arbitraria et
ꝑpter finẽ ſalutis vitalis. ꝛ ſimul
vult ĩmo horret talẽ rem ꝛ triſta
tur de ea ſm ſenſuz et naturã ꝛ in
quãtũ apphẽditur vt leſiua ꝛ ſm
ſe mala. Similiter mater habẽs
paruulũ infirmũ vult vt ſecatur
a medico ꝑpter ſanitatez et rogat
ĩmo ſalariat eũ ꝛ tamẽ fortiſſime
dolet ꝛ triſtatur de illa pueri ſectiõe
eo ꝙ ſit paruulo doloroſa. Sic in
xp̃o dñõ intelligẽduz eſt reſpectu
paſſionis ſue. ſ. ꝙ volũtas ꝛ natu
ra ꝛ eius ſenſualitas refugiebãt eius
paſſionẽ inquãtũ apphenſa abſo
lute p modũ ei diſcõuenientis et
leſiui. ſed ſm volũtatẽ deliberati
uã ꝯſiderãter voluit pati ꝑpter nos
ꝛ nos liberare qđ ſine paſſiõe ꝛ mor
te fieri nõ poterat. Ex hac igitur for/
ti reluctatõe ſenſualitatis que per
mittebatur agere ꝛ pati ſm ſuaz na/
turã et ex maximo horrore mortis
et vehementia anxietatis ip̃ius ꝑ
pter intolerabile malũ tã grauis
paſſionis de ꝑpinquo ĩminentis
fiebat vt ſudaret ſanguineũ ſudo
rẽ. ita ꝙ cũ humore ſudoris exiret
etiã aliq̃d ſanguinis ip̃m ſudorez
tingentis. Vel vt aliqui volũt ſup
naturaliter factũ eſt vt ſanguis p
ſudorẽ exiret. vt cũ xp̃s dñs in to/
to ſuo corpe ſudauerat iam incipe
ret ſanguinẽ ſuũ nõ ĩ vna pte cor
poris tm̃. ſed generaliter in toto
corpe fundere ꝑ ſalute totius ſui
corpis myſtici qđ eſt eccl'ia vniuer
ſalis. B Et eſt notãdũ ꝙ ſicut
dñs volũtate diuĩa ꝛ etiã volũta
te hũana deliberatiua voluit pa/
ti ſm corpus ꝛ voluit mori. ſic etiaz
eiſdẽ volũtatibus voluit triſticiã ti/
morẽ ꝛ hmõi motus paſſionuz aĩe
licet enim xp̃s ab inſtãti concepti/
onis ſue fuerit cõphenſor ſm ſu
periorẽ portõnẽ rõnis ꝛ beatus ve. et
licet ſm naturalẽ habitudinẽ po/
tẽtiarum aĩe adinuicẽ ꝛ aĩe ad corpus
gl'a ſupioris ptis rõis redũdaſſet ĩ
inferiores potẽtias aĩe ꝛ in corpus
vt ſic ex gl'a aĩe ꝛ illa fuiſſent gl'oſa
ꝛ ĩpaſſibilia tñ qꝛ illud nõ cõgrue
bat nr̃e ſaluti. Ideo ex diuĩa vir/
tute factũ eſt vt in ip̃o dñõ btitu/
do maneret in aĩa q̃ ad ſupiorem
portõez rõis ꝛ ñ redũdaret ĩ in fe/
riores potentias neq̃ in corpus.
Et h ideo fecit Primo vt ip̃e ſm
corpus ꝛ ſm potẽtias ſenſitiuas et
ceteras vires aĩe ĩferiores poſſz pa/
ti. Si ei btitudo ſupioris portõis
rõis fuiſſz pmiſſa diffundere ſe in
ĩferiores vires ꝛ ĩ corpus tũc etiã
illa fuiſſent impaſſibilia. et ſic tũc
nõ potuiſſet pati mori ꝛ liberare

¶Secundo notādū eſt ꝙ in iferno exiſtentes aut in celo ſunt ſolū ſpūs nō habētes digitos linguas aut alia membra corꝑea.et quod hic dicitᷣ de digitis lazari et ligua diuitis eſt metaphorice dictū.Nā ꝑ digitū lazari dēm⁹ itelligere opera ſua bona q̄bus meruit vitam eternā.Et ꝑ extremū digiti intelliguntᷣ mīma oꝑa ipius bona.Et ꝑ guttā aque ipius refrigerātē intelligitᷣ miſericordia alleuiās miſeriā Et ꝑ linguā diuitis intelligūtᷣ peccata que ꝑ linguā cōmiſit.et ſic diues in tormētis petijt vt ex operibus boniſ lazari etiā minima ſibi oꝑa miſericordie daretᷣ.vt propterea ſibi mitigaretᷣ pena ſua quam patiebatᷣ ꝑ peccatis q̄ hic cōmiſit. ⁊ ſpēaliter ꝑ linguā ¶Sz diceres quare diues in igne poſitus mag̃ linguā refrigerari petijt cū ipum nō loquacitati vacantē dñs dixerit ſed cū elatōe et tenacia ⁊ ꝑ edacitatē peccaſſe.Rñdetᷣ ꝙ ideo ampli⁹ cruciabatᷣ in lingua.q; ipa ampli⁹ peccauit.ſ.loq̄citate ⁊ edacitate.vñ Petr⁹ rauēnas.Ligua magis vritᷣ q̄ paupi iſultauit ⁊ micas negauit.hec guſtat tormēta q̄ ꝑcioſos cibos et odorata pocula deguſtauit.ſm illud Sap.xi.Per q̄ quis peccat per hec et torquetᷣ.Et Gre.in omel.In cōuiuijs abūdare loquacitas ſolet.quare is q̄ hic male conuiuat⁹ dicitᷣ apud infernum grauius in lingua torq̄ri ꝑhibetur.ꝓterea nanq; male conuiuantibꝫ culpa famulatᷣ loquacitaſ loq̄citatēq; ludendi leuitaſ.Scribitᷣ ei.Sedit popul⁹ mādücare et bibere ⁊ ſurrexerūt ludere.⁊ priuſ q̄; ad ludendū moueatᷣ corpus ad iocos et ꝟba inania mouetᷣ ligua Propᷣ h ſm ſan.Tho.ij.ij.q.cxlviij.multiloquiū et ſcurrilitas ponūtᷣ filie gule.Conſeq̄nter.oſtēditᷣ quō abrabam clamorē diuitis nō

exaudiuit. Quia ſcribit ꝓuer .xxi. Qui obturat aures ſuas ad clamorē paupis clamabit ipē et nō exaudiet. Unde ſeqt. [Et dixit illi abraam. Fili recordare q2 rcepiſti bona in vita tua z lazar9 ſilr mala. nūc aūt hic conſolat tu vo cruciaris.] Chriſo. Recepiſti zc. q.d. Si qd boni feciſti in vita tua. vn̄ tibi premiū deberet totū recepiſti in hoc mūdo. epulās ditat9. oblectatus ſucceſſib9 pſpis. Hic aūt ſi qd mali cōmiſit ignis aduerſitatū purgauit cū paupꝑtate fame z extrēis oppſſus miſeriis fuit. z vterqz veſtꝝ huc nud9 acceſſit. hic qdem a peccatis ꝓpter hmōi conſolatōez ſortit eternā ꝓ modica tribulatiōe ꝓpter meritū patiētie. tu vo a iuſticia ꝓpter hmōi immitigabilē perfers penā ꝓ modica delectatōne. Momētaneū em̄ eſt qd delectat ſm Gre. et eternū qd cruciat. Et nota hic conſeqnt Gre. in omelia.

¶ [Et in his oīb9 inter nos et vos chaos magnū firmatū eſt.] Theop. Chaos magnū ſignificat diſtantiā iuſtoꝝ a pctōrib9. Nā ſicut affectus eoꝝ varii erant. ita et māſiōes nō modicū differūt. Ul ſm glo. Chaos magnū ē magna diſtantia meritoꝝ q firmata eſt rigore diuīe iuſticie [vt hi q volunt hic trāſmeare ad vos nō poſ. zc.] Chryſ. q.d. Uidere poſſum9 non aūt trāſire. et nos videm9 qd fugierimus. z vos videtis qd ꝑdideritis. z nr̄a gaudia cumulāt vr̄a tormenta. Un̄ ſctūs tho. di. vlti. qrti libri. q. ii. ar. ii. ſub argu. iii. dicit. q dānati an̄ die iudicii videbunt beatos in glia. nō hoc mō q videant qlis ſit eoꝝ glia. ſed ſolūmodo cognoſcēt eos in glia qdā ieſtimabili. et ex hoc turbabūt. tū propter inuidiā dolētes de felicitate btōꝝ. in dānat naqz maxie viget inuidia propter defectū charitat z ꝓpt amorē ſui. tū etiā ꝓpter h q ipi talē gliam amiſerūt. Un̄ Sapiētie. ii. de impiis dr. Uidentes turbabunt terrore horribili. Et h vult Chryſo. in auctē ſua. et qd ſequit in auctē. et vr̄a tormenta cumulant nr̄a gaudia. de h vide gregoriū in ome. circa ſeqntē textum.

Seqtur [Rogo g te pater vt mittas eū in domū pr̄is mei. habeo em̄ qnqz frēs vt teſtet illis ne z ipſi veniāt in locū hūc tormētorum] Gre. Hic cōſidera qnta ardenti diuiti ad ſuppliciū cumulātur. nā ad penā ſuā ei cognitio ſeruat z mēoria. cognoſcit em̄ lazaꝝ quē deſpexit. fratrūqz ſuoꝝ meminit qs reliquit. Et nota q Exo. ii. dicit. Ego ſū deus fortis zelotes viſitās iniqtates patrū in filios vſqz in terciam vel qrtā generatōnez. Quod Hiero. in ezechiel. et Aug. ſup ps De9 laudē m. zc. de filiis pctā patrū imitantib9 accipiēdū cenſent. z ideo pena illoꝝ ꝓpinquoꝝ quorū imitatōe alii peccāt z dānant merito auget ex imitatorib9 eoꝝ dānatis. ſicut Aug. dic. Ex pena arrii adhuc creſcit dū aliqs damnat q ꝑ ſuam prauā doctrinā corrupt9 eſt Unde et forte diues ille ſciēs fratres ſuos imitatōe ſui corruptos. timuit plus puniri ſi z ipi ſic pſeuerant. et exēplo ipi9 bona ſua i comeſatōib9 z veſte ſplendida exponerent nulla de eis opa miſicordie faciēdo. Petenti autem diuiti abraā ꝓtinus rn̄dit di. [Habeat

moyſen ꝛ ꝓphetas audiãt illos. ]
Cryſ. Vocat hic Moyſen ꝛ ꝓphe
tas ſcripta moſaica ꝛ prophetica.
Grego. Sꝫ diues q̄ dei verba de/
ſpexerat hec audire nō poſſe ſuos
ſequaces exiſtiat. Vn̄ rn̄dit diues
[ Nō pr̄. ſꝫ ſi q̄s ex mortuis ierit ad
eos penitētiā agēt. ] Cui mox vera
ci ſentētia rn̄det [ Si moyſen ꝛ ꝓ/
phetas nō audiūt. neqꝫ ſi quis ex
mortuis reſurrexerit credent ei. ]
V Chryſ. Quāt vex ſit ꝙ q̄
nō auſcultant ſcripturas nec mor
tuis rediuiuis auſcultāt. oñderūt
iudei q̄ nūc q̄dē voluerūt occidere
lazarꝫ. nūc vero inuadebāt apl̄os.
cū tn̄ a mortuiſ nōnulli reſurrexiſ
ſent hora crucifixionis Sed ꝛ illō
cōſidera ꝙ q̄libet mortuus ſeruꝰ
eſt. q̄cūqꝫ ꝟo dicūt ſcripture dic dn̄s
Vn̄ ꝛ ſi reſurgat mortuꝰ ꝛ ſi celitꝰ
deſcēdat angelꝰ oībꝫ ſunt magis
digna fide ſcripture. Nā angelorꝫ
dn̄s atqꝫ viuorꝫ et mortuorꝫ eas i
ſtituit. Si āt ſciret hoc deꝰ ꝙ mor
tui reſurgētes ꝓdeſſent viuētibꝫ n̄
h̄ obmiſiſſet q̄ ꝓ vtilitate nr̄a q̄qꝫ
ſingula tractat. ſed ꝛ ſi crebro r̄ſur
gerēt mortui hō itexꝫ cōtēneret. ſꝫ
ꝛ diabolꝰ facile induceret ꝑuerſa
dogmata illō quoqꝫ ꝑ organa ſua
fingēs nō q̄dem ſuſcitās ꝟe defū
ctos ſed q̄buſdā fallacijs ſpectan
tiū fruſtrās ītuitū vel ingeminās
q̄ſdā mortē ſil'are Itē Symon de
caſſia i de doctrina xp̄iana. Mul
ti dū viuūt optāt quēpiā ex mor/
tuis reſurgere vt annūciet ſibi q̄d
boni q̄d mali poſt hāc vitā erit. et
q̄d aſſerūt ſe ad meliora cōuerti. ſi
ex mortuis iā notis audierint ꝟa
eſſe. q̄ ꝑ fidē ſctā eccleſia dogmati/
zauit. ſꝫ i reprobū ſenſū hmōi op
tantes dati ſūt vt magis velit ſe
meliora mutari ex vno reſurgenti
ex mortuis in fine ſeculi q̄ꝫ ex fide
vniuerſalis eccleſie q̄ credit oēs ex
mortuis i fine ſecl'i reſurrecturos
Quis aūt ex mortuis veniēs no/
uit diſſuadere peccata et hoīeſ ad
meliora cōuertere q̄ꝫ moſayca lex
q̄ꝫ ſcriptura ſcripturarꝫ. q̄ꝫ ipa ve/
ritas q̄ hūanis mentibꝫ interlucꝫ.
Quis ex mortuis aptior alteriꝰ ſe
culi bona vl' mala ꝑdicere ad pe/
nitētiā imitar̄ cautior q̄ꝫ chriſtꝰ q̄
vere infernū nouit ꝛ celū. ꝑ quem
facta ſunt oīa et ſecl'a. Habebant
illa tp̄a moyſen ꝛ ꝓph̄as. habent
illa tp̄a xp̄iana hos et xp̄m ꝛ apo
ſtolos. ſi iſtis ꝑuerſi nō credūt q̄/
mō credēt hoī ex mortis venienti
Si ergo q̄ reſurrexit ꝛ q̄ mltos ſu
ſcitauit. et apl'is q̄ in eiꝰ virtute de
fūctos a tumul' reuocarūt nō cre
dūt. neqꝫ ſi reſurgēt cētū milia Nā
ſi angeli oēs euāgelizarēt i mūdo
in linguis hūanis vera ꝑdicerēt. ſi
oēs mortui reuocarenr̄ ad vitā cū
ſciā. cū ptāte loq̄ndi. ſi oñderēt o/
culis hūanis bona ſupna et infer
ni tormenta. ſup hec oīa plꝰ ē xp̄s
qui ꝑ oibus adhibēda eſt fides
X Nota circa illa ꝙ inueniunr̄
mali et carnales hoīes q̄ amāt ſu
am ꝑuerſā vitā nec volūt ab ea ꝑ
ſcripture āmonitōez cōuerti. ꝛ i ex
cuſatōez friuolā ſue ꝑuerſitatis dī
cūt. Neſcimꝰ an ita ſit vt ſcribitur.
ſed ſi q̄s ex mortuis reſurrexerit ꝛ
nobis annūciet d̄ ſtatu futuro pꝰ
mortē an ita ſit vt ſcriptura loq̄r̄.
tūc ꝛ nos cōuerti vellemꝰ. Sꝫ q̄ꝫ
falſa et friuola ſit illa excuſatio. et
q̄ꝫ in reprobū ſenſū dati ſunt q̄ ita
dicūt aut cogitāt. facile ptꝫ ex dicꝭ

auctoritatib⁹ .ex qb⁊ et pͨcipue ex
auctoritate Chryſ. et alijs facile ꝑ
pendit̃ q̄ꝫ multipliciter tales pec/
cāt et errāt. Peccāt nāqꝫ pͥmo in
h̄ q̄ꝫ d̄ fide dubitāt. ſ. an ſit vita p⁹
hāc vitā in q̄ boni p̄mient̃ et ma/
li punient̃. qđ eſt articulus fidei. ⁊
explicite ponit̃ i euāgelio Math.
xxv. de ſentētia iudicis Venite bñ
dicti ⁊c. Et ite maledicti. imo de h̄
tota ſcriptura eſt plena. et ſic vo/
lunt reputari xp̄iani. et nec habēt
fidē in actu nec opa bōa. Secūdo
peccāt ex h̄ q̄ꝫ deo magnū cōtem/
ptū faciūt. q² vnū mortuū i credē
do ſibi p̄ferūt. an vt dicūt credere
vellēt de ſtatu alteri⁹ mūdi. ⁊ deo
credere nolūt q̇ nobis ī ſcripturis
locutus ē ꝑ legē et ꝓphetas. ⁊ tan
dē ꝓpͦo ore nobis ꝓpalauit euāge
licā veritatē. ꝓpt̃ qđ ſcripture om
nib⁊ ſunt certiores. Vñ Chryſoſ.
Quecūqꝫ dicūt ſcripture dic̄ dñs
⁊c. vt. ſ. Tercio ſi taleſ aliq̇d boni
faciūt nō eis ꝓficit ad vitā et̃naꝫ.
q² nō ex dei amore ſed timore pe
ne aut cupiditate ꝓprij cōmodi ta
lia faciūt. Nā q² mō nō cauēt pec
cata et agūt bona et tūc h̄ vellent
vt dicunt. q² niſi certificati cauere
vellēt penā. et cōcupiſcēdo gl̃iam
in ſuū propriū bonū illud referē/
do. Et ita hodie faciūt īdubie ſi a/
liq̇d boni de genere agūt q̄re non
eſt eis meritoriū ſed eſt pctm̄. ⁊ ē
fruitio creature. Quarto t̃les mē
tiunt̃ et ſeip̄os decipiūt cū cogitāt
aut dicūt ſe velle ꝯuerti a ſua ma/
la vita ad informatiōem alicuius
ex mortuis reſurgētis. qđ bñ pro
bat euāgeliū cū dicit. [Si moyſē
et ꝓphetas nō au. neqꝫ ⁊c.] Qđ et
ꝓbat Chryſ. ꝑ ſil̃e. q² lazar⁹ domi
ni ptāte a mortuis reſurrexit. ⁊ tñ
iudei ip̄i nō crediderūt. nec malaꝫ
vitā correxerūt. ſed et xp̄m reſuſci
tantē et lazaꝝ reſuſcitatū occidere
voluerūt. Sil̃r ml̃ti xp̄o reſurgē
te reſurrexerūt. et multis apparu
erūt. et tñ iudei poſt h̄ nō credide
rūt ſꝫ etiā apl̃os inuaſer̃t. Quinto
nō eſſꝫ vtile fidelib⁊ q̄ꝫ mortui cre
bro reſurgerēt et viuis apparerēt.
q̄re ſtulti talia ſtulte optāt. Nam
vt vult Chryſ. Si eſſꝫ fidelib⁊ ſa/
lutare haud dubiū dñs ita ordiaſ
ſet. q̇ ꝓ vtilitate nr̃a ſingula q̄qꝫ fe
cit et facit. imo eſſet g̃uiter nociuū
⁊ in multaꝝ deceptōem ⁊ ꝑiculꝫ
aīaꝝ. q² diabol⁹ illi rei ſe īmiſcerꝫ
⁊ in ſpecie alicui⁹ defuncti noti vt
p̄ris ⁊c. ſe facil̃ꝫ hoīb⁊ oñderet. ſic̄
ſe oñdit ſaul in ſpecie ſamuel̃. ⁊ eiſ
falſa de ſtatu futuri ſecl̃i īmo erro
nea ⁊ mala in morib⁊ ꝑſuaderet.
qđ eſſet oīm tēptationū g̃uiſſima
tēptatio. q² hoīes ꝓpter affectum
quē habēt ad ſuos charos et ꝓpt̃
ſpem de fidelitate charoꝝ in q̄rū
ꝑſonis diabol⁹ ſe oñderet facile
crederēt falſa q̄ diceret. et facerent
mala q̄ ſuaderet. et ſic fides in eis
ſubuerteret̃ et boni mores. Et iſu
ꝑ ſi ꝟe aliq̇ mortui reſurgerēt nō
facile eis credendū foret. Quis eī
certificaret hoīes illos de ſaluat̃
eſſe q̄ꝫ ſi ex dānatis eēnt. ita noſ vt
diabol⁹ ꝓpter eoꝝ inuidiā et obſti
natōem in malo decipe conarēt̃.

Dñica ſcđa poſt Trinitatis
Sermo liij

Homo qui
dā fecit cenā magnaꝫ
b Luc. xiiij. A. Cū

dñs inuitatus fuiſſʒ ꝑ quēdā pn/cipē phariſeoꝝ ꝛ ſanaſſʒ ydꝛopicū atqȝ docuiſſʒ nō diuites ſʒ paupes inuitādos eē ad mēſam. qdā ex di ſcūbētibꝫ dixit. Btūs q̄ mādūcat i regno dei. Cui dñs ꝑabolizādo re ſpōdet ꝙ i reḡ ſuo mādūcare pa/nē ꝛ eternā vitā ſuſcipe nemi vo/lenti accedere negabit. cū ad iſtiuſ regni annonā ex pte pſidentꝭ eſſet vocatio generalꝭ ſi ſolum dignare mur accedere inuitati. Et illud pſe tis euāgelij ꝑabola manifeſtat cū dr. [Hō qdā fecit cenā mag. ꝛc.] Hō ille ſm Cyrillū de⁹ pr̄ eſt ſm ꝙ imagines ad ſilitudinē ṽitatis figurāt. Quia vt ait Gre. Quotieſ de⁹ ꝑmitiuā ſuā virtutē vult oſtē dere. vrſus pard⁹ leo nūcupatur. qñ ṽo miſicordiam ſuā exp̄mere vult dr hō. Hic ergo cōditoꝛ oīm [fecit cenā] ſm Gre. ꝑparauit nob ſatietatē dulcedis eterne. et refecti onē future glie. Hoc aūt cōuiuiū cena appellat et nō prādiū ſm eū in ome. qꝛ poſt prādiū cena reſtat poſt cenā aliud conuiuiū nullū re ſtat. Et qꝛ dei cōuiuiū nobis ī ex/tremo ꝑpabit rectū fuit vt nō pn diū ſʒ cena noiaret. Sic ḡ ipe dñſ fecit nobis cenā i die ſuo i q̄ nō ē ſucceſſio poſtere comeſtiōis. i die inquā eṫno q̄ noctē nō habet. qꝛ il lius diei ſol xp̄s eſt q̄ nūq̄ȝ occidʒ. ꝓpter qd̄ de illo dic dicit ꝓpheta. Oꝛdinatiōe tua pſeuerat dies. Et ſicut poſt cenā reſtat reqes. ſic bti tūc imppetuū reqeſcent a laboꝛi/bus ſuis. ¶ Et hec ē magna cena. Primo ex magno factoꝛe ſeu pr̄e familias. qꝛ magnus dñs et ma/gna virt⁹ ei⁹. Et iteꝝ. Magn⁹ do min⁹ et laudabilꝭ nimis. Etiaȝ eſt magẽ ex appoſitōe magnoꝝ. ſ. eter noꝝ ꝛ ieffabiliū bonoꝝ vt nēo illo rū appħēderit pond⁹ nūeꝝ ꝛ men ſurā. Vñ Ber. Fercula celeſtꝭ con uiuij tā mag̃ ſūt ꝙ mēſurari ñ poſ ſunt. tā mlta ſꝭ ꝙ nūerari ñ poſ/ſunt. tā copioſa ſunt ꝙ finiri ñ poſ ſunt. Et nō ſunt illa intelligēda de epulꝭ mařialibꝫ ꝛ carnalibꝫ q̄bꝫ hec nr̄a indigentia ſuſtētat et ſupplet. ſʒ intelligēda ſūt de dulciſſima aīe refectōe q̄ ē ex his q̄ integrāt tota lē ꝛ pfectā aīe felicitatē. vt ſūt cla/ra viſio īfinite pulcritudis. diuie maieſtatis ī trinitate pſonaꝝ ꝛ ṽ/nitate eſſentie. pfecta dilectio ſeu fruitio īmēſe bonitatis dei. ſecuri/tas ꝺ illoꝝ ppetua tētiōe. gaudiū ineſtiabile ꝯſeqns p̄dictos actus. ſcʒ viſiōem fruitōeʒ et ſecuritateʒ. Et etiā gaudiū qd̄ habebit q̄libet de omnium ſctoꝝ glia. ꝛ clara vi/ſio xp̄i ſm hūanitatē ꝛ ṽgīſ marie ꝛ oīs pulcritudis ꝺcoꝛiſ ꝛ honoꝛiſ illoꝝ. ꝛ clara ꝛ diſticta viſio oīʒ ſā ctoꝝ ꝛ oīm bonoꝝ q̄ eis īſūt. Itē ibi erit plēa ꝛ pfecta pax ꝛ mutu⁹ amoꝛ oīm celi ciuiū adīuicē. Vñ ꝺ ſʒ Anſ. Sic oēſ īſilꝭ pfecte diligūt vt nō alit gaudeat vnuſqſqȝ ꝓ ſin gulꝭ alijs q̄ȝ ꝓ ſeipo. ꝛ ſic ī illa pfe/cta caritate inūerabiliū ſctōꝝ āge loꝝ et hoīm erit tāta mařia ꝛ gau dēdi occaſio vt p̄ter p̄dictū eēntia le gaudiū tātū vnuſqſqȝ gaudʒ q̄ȝ tū p̄t mēs ſua cape ꝺ accidētalibꝫ gaudijs ꝓ bonis ſinglo ꝝ ſctōꝛuʒ. Et vt ad vnū dicā. ibi vicʒ i eṫna fe licitate ē amotio oīs mali ꝛ colla/tio oīs boni. qꝛ ſm Anſ. i ꝺ ꝯcoꝛ/dia. Felicitas ſm oēʒ ꝯſēſū ē ſuffi/ciētia cōpetētiū cōmodoꝝ ſine om ni indigentia. Et ſm Boetiuȝ eſt

ſtat⁹ omniũ bonoꝝ aggregatõe ꝑ
fectus q̄ vir bonus mallet habere
q̄ȝ non habere. Et Aug⁹. de ciuita
te dei ca. vltimo. Quanta erit illa
felicitas vbi nullũ erit malũ nul/
lũ latebit bonuȝ. vacabũt dei lau
dibus qui erit omnia in omnib⁹.
ipe eñ oĩpotẽs de⁹ qui ſine fine vi
debit ſine faſtidio amabit ſine fa/
tigatiõe laudabit erit finis deſide
rioꝝ nroꝝ ĩ ſe q̄etãs rõnalẽ crea
turã ⁊ ei⁹ ſatiãs appetitũ. qđ non
põt facere aliq̃ creatura nec oẽs ſi
mul. dicẽte Auguſtino in libro cõ
feſſionũ. Dñe feciſti nos ad te ⁊ in
quietũ eſt coꝛ noſtꝝ donec q̄eſcat
in te. Et ꝓpha. ſatiaboꝛ cũ appue
rit glĩa tua. Hec itaq̧ dixi de ma/
gnitudine illi⁹ cene atq̧ celeſtis cõ
uiuij vt ipm arti⁹ deſiderem⁹. dili
gẽti⁹ ad ipȝ adipiſcẽdũ tendam⁹ ⁊
vt cauti⁹ caueam⁹ ſingl'a q̄ nos ab
B cõuiuio valẽt excludere. Qꝛ vt
dicit Aug⁹. ſup Johã. Tanta eſt
pulchꝛitudo diuine iuſticie tanta
eſt iocũditas lucis eterne atq̧ in
cõmutabilis veritatꝫ ſapiẽtie ⁊ bo
nitatis diuine vt ſi etiã nõ liceret ĩ
illa gloꝛia ampli⁹ manere q̄ȝ pro
vni⁹ diei moꝛa ꝓpter hoc inume
rabiles anni hui⁹ vite plene diui/
tiarũ et delitijs et circũfluẽtia bo
noꝝ tꝑaliũ recte meritoq̧ cõtem/
nerent. omnẽ nanq̧ ſermonẽ atq̧
oẽm hũane mentis ſenſuȝ excedit
decoꝛ pulcritudo glĩa et maieſtas
celeſtis regis. cui⁹ ꝯſpectũ ibi adi
piſcẽt oẽs q̄ hic ſe ei⁹ volũtati ob/
tẽperant. B Ad hanc cenam
pr̃familias [ vocauit multos ] qꝛ
pri⁹ in populo dei facta ẽ ĩuitatio
ad illã cenã ꝑ pr̃iarchas et ꝓphas
⁊ nũc in nouiſſimis diebꝫ facta eſt
ꝑ chriſtũ et apl'os vbiq̧ et ad om
nes. Et vt dicit Gre. Multi ſꝫ vo
cati ſed pauci veniunt. qꝛ nõnunq̄ȝ
ipi q̄ ꝑ fidem ſubiecti ſũt et no ei⁹
cõuiuio male viuẽdo ꝯtradicunt.
[ Et miſit ſeruũ ſuũ hoꝛa cene dice
re inuitatis vt venirẽt qꝛ ꝑata ſũt
oĩa ] Per ſeruũ ad inuitãdũ miſſũ
ſm Gre. intelligere debem⁹ quẽli
bet p̄dicatoꝛẽ q̄ tũc hoĩes ad cenã
dñi vocat qñ aliq̄d ad eoꝝ edifica
tõem loquit. qñ eos ad cõtẽptum
ſecl'i ãmonet. et ad amoꝛẽ celeſtiuȝ
erigit. qñ eos ad pniam pctõꝝ in/
ducit [ Hoꝛa cene ] ſm Greg. eſt fi
nis mũdi vel vltima ei⁹ etas in q̄
nos ſum⁹ In p̄oꝛibꝫ etatibꝫ hoĩes
inuitabant. qꝛ oẽs q̄ntũcũq̧ iuſti
cũ moꝛiebant ad limbũ mittebãt
nũc aũt ẽ hoꝛa cene ĩ q̄ inuitamur
⁊ recipimur ad cenaȝ. eo ꝙ oĩa ad
ipam neceſſaria ſũt ꝑata. De⁹ nã/
q̧ pater ꝑauit nobis in xp̃o pctõ/
rũ amotõem. grĩe collatõem. ſacra
mentoꝝ efficaciã. ſctõꝝ ꝑticipatõ
nẽ. regni celeſtis aptõeȝ. Et vniuer
ſaliter bona mũdo ꝑ illũ collata.
Declara ſingula mẽbra quõ tota
creatura nõ poſſet deo ſatiſfacere
ꝑ moꝛtali culpa. ſed xp̃s ꝑ nobis
ſatiſfecit. Declara quõ merita xp̃i
applicãt nobis talibꝫ bonis. Oĩa
ergo decentia hãc cenã ꝑata ſt. vt
nõ ſit aliq̄d niſi inuitatos ad hãc
cenã feſtinare. Sed de⁹ iuenit ho
mines ad illã impatos. ꝓpt qđ
ſubdit [ Et cepert ſe oẽs excuſare ]
Plus ei hoĩes terrena diligũt q̄ȝ
ſpũalia. pl⁹ amãt tꝑalia q̄ȝ eterna
pl⁹ p̄ſentia q̄ȝ futura. ⁊ ſic ad cenã
celeſtẽ venire recuſant. cũ ĩ iſtis ĩfi
mis rebus delectati ꝑ ſuã mala o/
pera ſe retrahũt a futura glĩa. Et

dicit Greg. Offert de⁹ qd̄ rogari debuit ⁊c̄. vide i ome. [Prim⁹ ait villā emi ⁊ neceſſe habeo exire ⁊ videre ⁊c̄.] Scd̄z Aug. in de v̄bis domini. p emptōez ville ſupbia deſignat̄ ppt̄ appetitōem dn̄andi ſup illos q̄ habitāt in villa. Tal' appetitus dn̄andi ex ſupbia pcedit. dicēte Aug. xix. de ciui. dei. Loc⁹ ſupioꝛ ſine q̄ popul⁹ regi nō p̄t et ſi aministret̄ vt decet tn̄ indecēter appetit̄. qꝛ p̄ſūptio eſt appetere p̄ſidētiā rōe celſitudīs ḡdus et rōne honoꝛis et reuerentiaꝝ. E Et nota ꝙ btūs Gre. xxiij. moꝛa. aſſigt̄ q̄ttuoꝛ ſpecies ſupbie. Prima ē cū aliq̄s bonū qd̄ ſibi ieſt a ſeip̄o habere ſe eſtimat. Scd̄a ſi illd̄ bonū credit ſibi d̄ ſup datū p ſuis tamē meritꝪ recepiſſe ſe putat. Tercia cū iactat ſe habere bonū qd̄ nō habꝫ. Quartū cū deſpectis ceterꝪ ſingulariter haberi vl' videri vult quod habꝫ. Nā vt dicit ſan. Tho. ij. ij. q. clxij. ſupbia īpoꝛtat īmoderatum appetitū excellētie. ſ. q̄ nō ē ꝑm rectā rōem q̄ hō amat ⁊ d̄ſiderat excellentiā ppam ſup̄ ſuū moduꝫ et ꝯtra dei oꝛdinatōeꝫ. Cū igit̄ q̄s attribuit ſibi mai⁹ bonū q̄ꝫ habeat. vel attribuit bonū qd̄ nō hꝫ ꝯn̄s eſt ꝙ ei⁹ appetit⁹ tēdit i excellētiā ppꝛiā vltra modū ſibi cōpetenteꝫ ⁊ ſic eſt tercia ſp̄ēs ſupbie. ⁊ etiā eſt ſp̄ēs mēdacij q̄ ad ext̄ioꝛē actū. ſed q̄ ad interioꝛē coꝛdis arrogātiā eſt ſupbie ſp̄ēs. Ad illā terciā ſp̄eꝫ reducit̄ ꝙ aliq̄s excuſat ſe de peccato qd̄ habꝫ. Quia vt dic̄ Aug. xiiij. de ciui. dei. hoc ptinet ad ſupbiā. p eā em̄ hō ſibi attribuit bonū innocētie qd̄ nō habꝫ. Itē excellenti⁹ ē ꝙ aliq̄d bonuꝫ inſit alicui a ſeip̄o q̄ꝫ qd̄ inſit ei ab alio. et iō cū aliq̄s eſtimat bonū qd̄ habꝫ ab alio ac ſi haberet a ſeip̄o fert̄ p ꝯſeq̄ns appetitus eius in ppam excellentiā ſupra ſuū modū. Et qꝛ dupliciter aliq̄s eſt cā ſui boni aut efficienter aut meritoꝛie Et ſup h̄ ſumūt̄ due prime ſp̄ēs ſupbie. ſ. cū q̄s a ſemet ip̄o habere eſtimat qd̄ a deo habꝫ vel cū ppꝛijs meritis ſibi datū de ſup eſtimat. q̄ etiā ad ingtitudinē ptinent. cū nō recognoſcat tale bn̄ficiū ſibi impenſū. Itē cū aliq̄s ali qd̄ bonū excellenti⁹ poſſidet ceteris. et ex h̄ alijs deſpectis ſe p̄fert in coꝛde ⁊ p̄ferri deſiderat. ⁊ q̄ſi ſolus videri. inde ſumit̄ q̄rta ſpecieſ ſupbie. Et ad illā q̄rtā ſp̄ēm reducit̄ ꝙ aliq̄s p̄ſūptuoſe tēdit ad cō ſeq̄ndū illud qd̄ ſup̄ ſeip̄m ē et ſupra ſuā dignitatē. qꝛ ex h̄ vult alijſ p̄ferri. Ois aūt ſupbia volūtaria ⁊ cui volūtate cōſentit̄ ē peccatuꝫ moꝛtale. vt dic̄ ſctūs Tho. vbi ſ. ⁊ ſctūs Gre. vbi. ſ. dicit ꝙ euidentiſſimū reprobóꝝ ſignū ē ſupbia. q̄re om̄es iſti ſepabūt̄ a celeſti cena ⁊c̄. D [Alter dixit. Iuga boum q̄nqꝫ emi] Per hūc intelligūt̄ auari. Auar⁹ em̄ nihil aliō intelligit appetendū niſi poſſeſſiōeſ ⁊ tales exterioꝛes diuitias q̄s ſentit p q̄nqꝫ ſenſus q̄ p quinqꝫ iuga boum intelligunt̄ vel ſignāt̄. Qꝛ ſicut duo boues i vno iugo combinant̄. ita duo inſtrumēta ad quēlibet ſenſum cōiūgunt̄. ad guſtāduꝫ linguā et palatū habem⁹. tact⁹ p totū coꝛpus diffundit̄. vl' due manus ſūt tāq̄ꝫ p̄ncipalia oꝛgana ei⁹ In alijs tribꝫ ſenſibꝫ manifeſtū ē. Et ſicut boues terrā v̄tunt ſic auari in terrenis laboꝛant vt diuites

ſtāt. Et nota q̄ ſm Tho. ſcđa ſcđe q. cxviij. Auaricia eſt q̄dā imoderātia affectionū circa diuitias. vt cū q̄s nimis amat aut deſiderat diuitias. aut nimis delectat̄ in habēdo ⁊ poſſidēdo. ⁊ ſi amor ille tātū creſcat q̄ p̄ferat̄ charitati. vt ſi q̄s ꝓpter amorē diuitiaꝝ nō timeat facere cōtra amorē dei ⁊ ꝓximi ſic auaricia eſt pctm̄ mortale. Si autē īordiatō amor᷑ infra h̄ ꝯſiſtat. vt ſ. hō q̄uis ſupflue diuitias amat nō tn̄ p̄fert eaꝝ amorē amori diuino vt. ſ. ꝓpter diuitias nō velit aliq̄d facere ꝯ deū ⁊ ꝓxi͞z. ſic auaricia eſt pctm̄ veniale ¶ Nota etiā q̄ p q̄nq꜒ iuga boū ſm Grego. intelligunt̄ q̄nq꜒ ſenſus corꝑis p q̄s ſenſus intelligunt̄ curioſitas vt dicit. q꜒ ſicut ſenſus interna cōprehēdere neſciūt. ſed ſola exteriora cognoſcūt. ſic curioſus conat̄ alienā vitā vel alienā operationē diſcutere cum ſuā ꝓpriā ignoret. Et ſubdit Grauie curioſitatis eſt viciū. q꜒ ſic mentē hoīs ad exteriora ducit vt aliēa opa faciat ⁊ ſe neſciat. animuſq꜒ curioſi q̄to prit⁹ fuerit alieni meriti. tāto fiat ignar⁹ ſui. Et h̄ eſt p̄mū malū qđ ſeq̄tur ex vicio curioſitatis. ſ. q̄ hō ig̃rat ꝓprios ſuos defectus. ⁊ p cōſeq̄ns nō curat emēdare eos. Scđo cū hō intēdit ad alienā vitā. tūc cōtigit eū aliq̄n experiri aliq̄s defect⁹ alterius ⁊ ex h̄ aliū cōtēnere ⁊ ſe ſibi ī corde p̄ferre qđ eſt ſcđm malū. Aut tercō cōtingit ip̄m mala que in alio cognoſcit et q̄ occulta erāt alijs publicare in detrimētū honor᷑ ⁊ fame alterius ⁊ hoc eſt terciū malū. Quarto cōtingit ip̄m bona que in alterius vita cognoſcit aut ea q̄ pn̄t bn̄ fieri iudicare friuole ⁊ īterp̄tari in ꝑtē peiorē credendo apud ſe q̄ ſint mala q̄ ſūt bona aut dubia. aut credēdo ea eſſe facta mala intētione q̄ fiūt bona. vbi intētio lat꜒ nec ex ſignis ſufficient̄ haberi pōt Et t'le iudiciū eſt q̄rtū malū qđ ex curioſitate p̄dicta fit. ⁊ ſic m'ta alia ex ea mala ſeq̄ pn̄t q̄re diligent̄ cauenda eſt.

¶ Eſt tn̄ cōſiderādum ſm Tho. ſcđa ſcđe. q. clxvij. Q̄ ꝑquirere actuſ ⁊ facta alioꝝ bono animo vel ad vtilitatē ꝓpriā vt. ſ. hō ex bonis opib꜒ ꝓximi ꝓuocet̄ ad meliuſ v'l etiā ad vtilitatē illius. ſ. vt corrigat̄ ſi q̄d ab eo agit̄ vicioſe ſm regulā charitat᷑ ⁊ debitū officij laudabile eſt. ſm illud ad Heb. x. Cōſiderate vos inuicē in ꝓuocationē charitatiſ ⁊ bonoꝝ opm. Et de q̄libet p̄lato d꜒ illud Hiere. Cōſtitui te in populo meo ꝓcuratorē robuſtū ⁊ ſciēs ꝓbabiles vias eoꝝ. Sꝫ q̄ aliq̄s intēdit ad vicia ꝓximoꝝ ad deſpiciēdū vel detrahēdū v'l ſaltē inq̄rēdū inutilit̄ eſt vicioſū [Alius dixit Vxorē duxi ⁊ iō nō poſſū venire] Per hūc ſignātur luxurioſi. Vxor eni͞ eſt carnal' voluptas vel cōcupiſcētia. Et talis dicat. nō poſſū venire. p h̄ ſignificās difficultatē veniēdi ⁊ nō īpoſſibilitatē. q꜒ voluptas fortiſſime ligat animū hominis ⁊ dep̄mit ad īferiora nec ſinit ip̄m leuari ad ſupna ⁊ ſpūalia per q̄ diſponi deberet ad ꝑcipiendū cenā iſtā. Sequit̄ in euāgelio. [Et reuerſ⁹ ſeru⁹ nūciauit hec dño ſuo] Ambro. Inuitat paupes debiles et cecos vt oñdat̄ q̄ nullū debilitas corꝑis excludat a regno. rariuſq꜒ delinq̄t cui deſit illecebra peccādi. vel q̄ infirmitas pctōꝝ per

miſericordiā dei remittatꝰ. ¶ Nota deus p̄mo vocauit populū dei ꝑ p̄triarchas ⁊ ꝓphetas ⁊ poſtea per xp̄m ⁊c̄. Et qꝛ tūc pꝛīcipibꝫ iudeorum ſacerdotibꝫ pariter ⁊ maioꝛibꝫ illiꝰ populi dimiſſis ſupple in peccatꝭ eoꝝ paupes ſimplices ⁊ publicani illius populi ſūt ad fidē recepti. ita ſepe fit inter fideles ꝙ diuites. potētes ⁊c̄ cū eis arriſerit pꝛoſpera foꝛtūa tūc ꝑ delectatōnē ꝫ in p̄ntibꝫ rebus tenētꝰ in pctis ſuis in quibꝫ īpediunꝰ ab adeptōe huius cene. Paupes vero ⁊ deſpecti aut infirmi ⁊ aduerſam hn̄tes foꝛtunā ſepe citiuſ audiūt vocē dn̄i ⁊ reuerſi ad coꝛ cōuertunꝰ ad dn̄ꝫ. vn̄ Grego. vt ſup. [Et ait ſeruus. ⁊c̄. Adhuc locus eſt ⁊c̄.] Nō ſoluꝫ de iudeis. ſꝫ etiā de gentibꝫ multi ſūt vocati. pauci vero electi. ſ. ad fidē ⁊ gloꝛiā [Exi in vicos et plateas ⁊c̄.] .i. extra iudeā ad gētilē populū ſic fecerūt apoſtoli diſcurrētes ꝑ vniuerſas oꝛbis ꝑtes. Nota ſm̄ Grego. ꝙ in hac tercia inuitatōne aliq̄ vocanꝰ ⁊ venire cōtēnūt. ⁊ ſunt q̄ donū intellectꝰ receperūt. ⁊ eūdē intellectū opibꝫ nō ſequūꝰ. Aliȷ̄ vocanꝰ ⁊ veniunt q̄ receptā intellectꝰ grām opando ꝑficiūt. Terciȷ̄ ſic vocāꝰ vt etiā cōpellāꝰ. vt q̄ bōa faciēda intelligūt ſed hec faciēdo deſiſtūt. Videt q̄ agere debēt ſꝫ h̄ ex deſiderio nō ſequunꝰ. hos dn̄s ſepe ꝑ aduerſitates q̄bus ipſos flagellat itrare cōpellit. Sepe em̄ vt iteꝝ ait Gre. nōnulli ad tꝑalē grāꝫ ꝑficere volētes aut lōga egritudīe tabeſcūt aut afflicti iniuriȷ̄s cōcidūt. aut ꝑcuſſi q̄uibꝰ dānis affligunꝰ. et ī mūdi doloꝛe vidēt quia nihil cōfidere de eiꝰ voluptate debuerūt. ſeqꝫ ipſos in ſuis deſideriȷ̄s rep̄hēdentes ad deū coꝛda cōuertūt Gre. Hos itaqꝫ eligit dn̄s q̄s deſpicit mūdus. qꝛ plerūqꝫ ipſa deſpectio reuocat ad ſemetip̄m. ⁊ tāto celeriꝰ vocē dei aliq̄ audiūt q̄nto in h̄ mūdo nō habent vbi delectenꝰ. Propter qḋ ſcriptū ē in pſ. Imple facies eoꝝ ignōminia et q̄rēt nomē tuū dn̄e. Et iteꝝ. Multiplicate ſunt īfirmitates eoꝝ: poſtea accelerauerūt. Gre. Iſte q̄ p̄reꝫ reliq̄t ⁊ p̄ris ſubſtantiā ꝓdige expēdit poſtq̄ꝫ eſurire cepit ī ſe reuerſꝰ dixit. Quāti mercēnariȷ̄ in domo p̄ris mei abūdāt panibꝰ. hic ſi nō eſuriſſet ī ſeip̄m mīme rediȷ̄ſſꝫ. qꝛ poſtq̄ꝫ terrenis rebꝰ indiguit tūc cogitare cepit q̄d de ſpiritalibus amiſit. Amb. Bene mittit ad plateas vt de latioꝛibꝰ viciȷ̄s ad āguſtā veniāt viā q̄ ducit ad vitā. Via em̄ vicioꝝ lata ē ⁊ ducit ad ꝑditionē. et via v̄tutū āguſta ē q̄ ducꝰ ad vitā. ſꝫ qḋ dicꝰ ſaluatoꝛ Mat. vij.

De eadem dn̄ica
Sermo liiij.

Omo quidā fecit cenā magnam. Lu. xiiij. F Hō ille deꝰ eſt. Et cena magna ē refectio vite eterne Lu. xxij. Ego diſpono vobis ſic̄ diſpoſuit mihi p̄r meꝰ reg. vt edatꝭ ⁊ bibatꝭ ſuꝑ mēſaꝫ meā ī regn̄ meo. Nec illa refectio ītelligēda ē coꝛpalꝛ. coꝛpꝰ eni tūc n̄ īdigebit cibo. ſꝫ ītelligēda ē ſpūalꝛ. qꝛ erit clara viſio dei ⁊ ꝑfecta fruitio. [Et vocauit mltos. ⁊ miſit ſuū ſeruum] .i. xp̄m q̄ naturaliter p̄ri eq̄lis exiſtēs exinaniuit ſeip̄ꝫ foꝛmā ſui accipiēs. cuiꝰ miſſio ē icarnatō

# Dñica tercia poſt trini.

Uel [miſit ſeruũ ſuũ] .i. pdicato
rũ multitudinē [hora cene] .i. tēpe
grē [dicere inuitatis vt venirēt: q2
pata ſunt oīa] Ante xpī aduentũ
nullus recipiebat ad cenā illā. nul
lus em̄ pmittebat ad celũ. q2 non
dũ erāt oīa pata ſed p xpm̄ om̄ia
pata ſunt. q2 dimiſſio pctoꝝ. aptō
regni celeſtiſ zc. Sicut aũt chriſtꝰ
miſſus fuit a patre vt venire face
ret vocatos ad cenā. ita ipē ſuos
ſuos aplos miſit. z mittit pdicato
res zc. [At illi ceperũt oēs ſe ſil' ex
cuſare] Dicit Gre. Cũ potēs pau
pem aliquē ad mēſam vocat pau
per veſtē mutat et venire feſtinat.
z nos ad dei inuitamur cōuiuiũ et
nos excuſamꝰ. Sed fortaſſis cor
da nr̄a occultis ſibi cogitatōībꝰs
dicunt. Nolumꝰ nos excuſare ad
illud em̄ ſupne refectōis cōuiuiũ
ac vocari et puenire gratulamur.
Et ſubdit Gre. Loqntes t'ia men
tes veſtre veꝝ dicũt ſi nō plꝰ terre
na qȝ celeſtia diligũt. ſi nō amplꝰ
reb3 carnalib3 qȝ ſpũalib3 occupā
tur. Uñ hec quoqȝ ipa excuſatiua
cauſa ſubiũgit cum ſubīfert [Pri
mus ait ſic. [Uillam emi et neceſ
ſe habeo exire z videre illā. Rogo
te ha. me excu.] Aug. In illa villa
empta dñatio ſigt. Qui em̄ hab3
villā regioni et incolis dñat. [z ne
ceſſe habeo] ex neceſſitate aſſũpta
nō coacta [exire] Per iſtā dñatō
nē ſepe exit hō a ſeipo. et relicto p
prio regimīe et dñatōne ſuiȷ pius
ambit alioꝝ regimē [Rogo te ha
be me excu.] Rogatio videt eē ſi
gnũ hũilitatis. Sciũt em̄ ſupbi q
nũqȝ exaltat niſi hũilitas. Qz di
cit Ecci. x. Odibil' eſt corā deo z ho
minib3 ſupbia. Hũilitatem ergo
quā corde nō habēt oſtendũt ver
bis et geſtis. de qbus dz Eccli. xix.
Eſt q neqter ſe hũiliat et interio
ra eiꝰ plena ſunt dolo. [Et alter.]
ſcȝ auarus [dixit. Iuga boũ qnqȝ
emi] Bos ſenſum hũanũ et affe
ctũ ſignat. Bos em̄ nō portat ſed
trahit. pigꝝ etiā aīal ē. z recalcitrat
ſtimulo. Ita ſenſus piger ē ad bo
nũ. et cũ ad bonũ ſtimulat recal
citrat. ſenſus em̄ nr̄i verſant circa
terrena ſicut boueſ circa terrā quā
verſant. Dicũt aũt qnqȝ eſſe iuga
boum. Iugũ em̄ eſt ex duob3 bo
bus. ſic qlibet ſenſus vtit duobus
organis. Iſtos ſenſus dz auarus
emere. q2 bona iſtis ſenſib3 pcepta
cũ ipius nō ſunt ea cũ deſiderio ſi
bi vēdicat aut emit. q2 magnis pi
culis et laborib3 duris acqrit hec
tpalia z cũ dāno regni celeſtis. [Et
eo pbare illa] Tũc auarꝰ pbat iu
ga boum qñ expit qd poſſint tem
poralia q ſenſu deſiderāt. Probat
aũt vſurariꝰ qd poſſit pecunia in
lucro. pbat cupidꝰ qd poſſint poſ
ſeſſiones in fructu [Alius
dixit] .ſ. luxurioſus [vxorē duxi]
Iſta vt dicit Aug. eſt voluptaſ car
nis q multos ipedit. Quā volup
tatē honorabiliori noīe vocat cō
iugiũ. Uñ Gre. Licet cōiugiũ bo
nũ ſit. et ad ppagandũ ſobolē ī di
uina puidentia iſtitutũ. nōnlli tñ
nō p h pcreatōem plis ſed deſide
riũ expetũt voluptatis [et iō non
poſſum venire.] Ecce vinculũ huiꝰ
viciȷ qd ten3 ligatā aīa3 q ad deũ
nō pōt accedere. q2 vt dicit Baſili
us. Intellectꝰ hũanꝰ vergens ad
immũdiciā et illecebras ē debilis
ad agēda diuia. Et Aug. viij. cfeſ.
Ex volũtate pūerſa facta ē libido.

vdū libidini ſeruiť facta eſt ꝯſue/
tudo.et ſi cōſuetudi nō reſiſtiť fa/
cta eſt neceſſitas .Et ille nō rogat
ſe hr̄e excuſatū .q2 hoīes taliť di/
ſpoſiti freq̄nter erubeſcūt etiā ro/
gare deū.Vel q̄ſi cōtēpſit irā iui/
tantis. Impi⁹ em̄ cū in ꝓfunduꝫ
venerit vicioꝝ cōtēnit .[Et reuer/
ſus ſeruus nūciauit hec dn̄o ſuo]
Predicatores dicūť reuerti qn̄ ꝑ
exťiores circa verbū dei occupati/
ones in aliq̄bꝫ ꝓficiūt .ꝛ de h̄ deo
gr̄ãꝝ actōes reddūt. vł cū obſtacu
lū inueniūt et deo renūciāt. q2 eiuſ
auxiliū et conſiliū implorādo re/
deūt etiā ad ſeipos de ſeipis cogi
tādo.[Tūc iratus pr̄familias].ſ.
deus cui⁹ familia ſunt oēs ange/
li ꝛ fideles electi. Juſte aūt domi/
nus iraſciť de negligētijs hoim.
ꝙ ꝑatā eis vite eterne cenā ꝑuipē
dunt .ꝛ vilibꝫ cibis. ſ.rebꝫ et dele/
ctatōnibꝫ p̄ſentis ſecłi mentē im/
plēt [Dixit ſeruo ſuo.Exi cito in
plateas et vicos ciui.] Dicūť p̄di/
catores exire ab intimis ꝯtēplati
onis ad exteriorē verbi dei nūcia/
tōem. Ciuitaſ ad quā exeūt mūd⁹
eſt.cui⁹ platea eſt via lata ꝛ ſpacio
ſa ducēs ad mortē. Per quaꝫ viā
ſm Aug. vaganť oēs q̄ putāt lici/
tū q̄dq̄d eſt libitū [Pauꝑes] qui
habēt defectū ſubſtātie [debiles]
q̄ habēt ꝟtutis ꝛ vigoris defectū
[cecos] qui nulli⁹ ingenij lumen
habent [introduc huc] De plateiſ
em̄.i.de mūdi ꝓſꝑitate oēs iſti in/
troducunť ꝑ pn̄iam. Per [vicos]
em̄ aduerſitas mūdi intelligiť q̄ſi
arta via. De his vicis introducūť
bona tꝑalia ꝓpter deū reſpuētes.
ꝛ debiles ſtatū dignitatis ꝛ potē/
tie nō habētes.i.ad Chorꝫ.i. Infir
ma mūdi elegit de⁹. [Ceci vero et
claudi] ſunt q̄ ſcādalizantē oculū
vel pedē a ſe abijciūt.intētōcꝫ vicꝫ
vel affectū mūdi.[Et ait fu⁹ dn̄o.
Factū ē vt impaſti.] Vere ita fit
vt dn̄s impauit.q2 in regnū eter/
ne btitudīs ꝑ magna ꝑte itrodu
cūť q̄ aut carēt tꝑalibꝫ .aut hn̄tes
ea cōtemnūt.[Exi i vias ꝛ ſepes]
In vijs habitāt q̄ multa aduerſi
tate cōpellūť nō figere animum i
mūdo ſꝫ eo q̄ſi via ꝑegrinationis
vti [In ſepibꝫ] habitāt q̄s mūd⁹
deſpiciēs extra ſe abijcit.[Et com
pelle itrare] Cōpellūt nos ad ce/
nā itrare timor inferni ꝛ aduerſi/
tas tꝑaliū. Gre. Quos de⁹ elegit
hos mūdus dſpicit q2 plerūcꝫ de
ſpectio reuocat hoīem ad ſeipm.ꝛ
tāto celeri⁹ aliq̄ vocē audiunt dei
q̄to i h̄ mūdo nō habēt vn̄ dele/
cteť. Et Gre. alibi dicit. Mala q̄
nos h̄ p̄mūt ad deū citi⁹ ire com
pellūt [vt impleať dom⁹ mea. Di
co aūt vob ꝙ nēo viroꝝ illoꝝ qui
vocati ſūt] ꝛ neglexeřt venire [gu
ſtabunt cenā meā]

Dn̄ica tercia poſt trini.
Sermo lv

Erāt appro
e pinq̄ntes ad ieſū publica
ni ꝛc. Luc.xv. H Et
vt dic Gre. nō ſolū ad colloq̄ndū
ſꝫ etiā ad ꝯueſcēdū admiſſi et rece
pti ſunt .ꝛ h̄ fecit benignitas ꝛ mā
ſuetudo ſalua toris nr̄i. Et io dicit
Ber. ſuꝑ cañ. Propť māſuetudi/
nē q̄ i te ē dn̄e ieſu currim⁹ p⁹ te.
audiētes ꝙ nō ſpreuiſti pctōres. n̄
horruiſti cōfitentē latronē. nō la/
chrymātē peccatricē. nō chananeā
ſupplicātē. nō dep̄hēſā i adulterio

nō ſupplicantē publicanū .n̄ negātē diſcipulū. nō pſecutorē diſcipu/lū. nō ipos crucifixores ꝛc. Tales ei ꝓponūt ſibi in aīo plerūq₃ ipoſ q̄s corrigūt. ꝛ meliores ſe eſtimāt eis q̄s iudicāt. ꝙ vic₃ agentes ꝑ diſciplinā ſubditos vel alios q̄s corrigunt. ꝛ ꝑ hūilitatē cuſtodiunt ſe metipos. ¶Occaſiōe feſtiuitatis bti Johis baptiſte quā hodierna die agim⁹ q̄rit͛ hic. q̄re dn̄s ꝯuerſatus fuit cū hoīb₃ ī ciuitatib₃ ꝛ villis. et comederit et biberit ac veſtitus fuerit ſicut alij hoīes cōit͛. cu₃ tn̄ ei⁹ p̄curſor b. iohes morat⁹ fuit in deſerto. et ibi duriſſima₃ duxerat vitā. cum tn̄ xp̄s ſublimiorꝫ vite eſſe debuit q̄₃ ſu⁹ p̄curſor. Notandū ꝙ b. iohes bap. fuit ī vtero ſctificatus. vn̄ Lu. j. dr̄ d̄ eo. Spū ſctō replebit͛ adhuc ex vt͛o matris ſue. ſic̄ ei ceterꝫ ƀm legē cōe₃ ī baptiſmo. ſic ſibi ex ſpēali p̄uilegio ī vtero m̄ris dimiſſu₃ fuit origīale ꝛ infuſa fuit ſibi charitas ꝛ copioſior q̄₃ ceterꝫ. q₂ tāta ꝙ ea mediante ꝛ dei adiutorio ſpēal͛r agēte ſemꝑ vixit ſine mortali culpa. nullu₃ eīm ꝑ vitā ſuā vnq̄₃ mortale cōmiſit. vt dicit ſan. tho. in. iij. pte ſūme ꝛ Bonauē. ī. iij. ſen. di. iij. imo etiā vitauit freq̄ntiam venialium peccatoꝝ. qđ vt meli⁹ facere poſſ₃ ipſe in puerilib⁹ ānis fugit freq̄ntiā hoīm. exiuit domū pentū. ꝛ itrauit deſ͛tū. ꝓpt͛ qđ de eo canit eccleſia in hymno. Antra deſ͛ti teneris ſub annis ꝛc. Et manēs in deſ͛to ſꝑ duxit auſterā vitā. vt p₃ Mat. iij. Ueſtis eīm ei⁹ fuit ex pil͛ camelōꝝ. ex q̄b₃ fit veſtimētū aſpeꝝ et duꝝ. Cingul⁹ ei⁹ fuit d̄ pelle mortui aīalis cruda ꝛ piloſa. Eſca eiuſ fuit locuſta et mel ſilueſtre. Locuſte ſunt aīalia ꝑua mūda ꝛ volantia ꝑ modū ſaltus et repiebant͛ in deſerto iudee. et frixa cū oleo ſunt cib₃ paupeꝝ. Illa iohes māducabat ī heremo cōſtitut⁹. Mel ſilueſtre illud ibidē repit͛ in trūcis arborū folia lata ꝛ tenera q̄ manib₃ cōtrita habēt ſaporē q̄ſi mellis. Potus ei⁹ fuit aq̄. Hoc totū cōphendit eccl'ia in illo v͛ſu hymni. Prebuit hirtū tegimē camel'. Qn̄ ḡ q̄rit͛ q̄re dn̄s nō morat⁹ fuit ī deſ͛to. Rn̄dēdo dr̄ p̄mo ꝙ dn̄s q̄ ad int͛iorē cultū fuit ineſtimabil͛r altioris ꝛ ꝑfectioris vite q̄₃ p̄curſor ſuus. q₂ dn̄s ineſtiabil͛r habuit etiā pl'es ac ꝑfectiores v͛tutes q̄₃ iohānes. ſibi enim dat⁹ fuit ſpūs non ad mēſurā. Joh. iij. Et dn̄s cu₃ h̄ ꝯuerſabat͛ fuit ƀm aīa₃ ꝑfect⁹ cōphēſor. ſic̄ nūc ē in celo. Johes vero fuit pur⁹ viator. ꝛ iō int͛ior cultus q̄ aīa xp̄i coluit diuinitatē ꝑ clarā dei viſiōe₃ ꝛ ꝑfectā. imo btificā fruitōe₃ ieſtimabil͛r melior et ꝑfectior fuit cultu iteriori q̄ iohes coluit deū fide ꝛ charitate. Scđo dr̄ ꝙ dn̄s q̄ ad ext͛iora laxiorꝫ vite fuit. et iohes ſtrictioris. q₂ dn̄s fuit cōi mō māducās et bibēs ꝛ cū hoīb₃ morās. iohes v͛o nō prout iā dictū ē Et vtrū q₃ illoꝝ rōnabiliter factū fuit ꝛ ad ſalutē ac profectū hoīm. Qꝫ ei iohes fuit tā excellētis ꝛ auſtere vite exteriorꝫ factu₃ eſt iō. q₂ btūs iohes ad h̄ miſſus fuit vt ꝑ ſuā p̄dicatōe₃ pplm ꝯgregaret. et pplo cōgregato xp̄i aduētū ī carnē. et quō ſe cito manifeſtatur⁹ eſſ₃ denūciaret ac ip̄m populo ſuo digito d̄mōſtraret. qđ totū fecit vt patet Mat. iij. et Johā. j.

Et etiã ante chriſtũ ritũ baptizan/dũ incepit. et p h̄ hoïes ad xp̄i baptiſmũ aſſuefecit. Et illa oĩa fuerũt noua fortia ꝛ magna valde. ꝛ idõ neceſſariũ fuit vt eẽt hoĩb vehementer credibilis ꝛ magne auctoritatis apud oẽs. et h̄ fiebat p hoc ꝙ fuit excellẽtiſſime vite ꝛ ſingularis in qua exceſſit oẽs q̃ ante eum fuerũt. De nullo ei ſctõ veteris teſtamẽti legit̃ ꝙ tali mõ vixerit ĩ cibo veſtitu ꝛ loco. Helyas ei vſus eſt carnib pane ꝛ oleo. et ĩ domibus habitabat. vt habet̃. iiij. Reg. in diuerſ loc. Sil'r filij pphaꝝ q̃ durã duxerãt vitã pulmẽto vſi ſt. ꝛ ita ĩductiue de oĩb. Tãta igitur pfectio exterioris vite excedẽs vitas oĩm antiq̃ꝝ patꝝ fecit eũ autẽticũ ꝙ m'lti ꝯfluebãt ad eũ ĩ deſertũ ꝛ crediderũt v̄bis ſuis ꝛ p̄dicatõib. ꝛ ſic pauit viam dño. Xautẽ dñs fuit larioris vite exterioris qꝛ moꝛãs cum hoĩb ꝛ cõi mõ mãducãs et bibẽs q̃uis ſobrie ꝛ tpatiſſime in oĩbus ſuãs punctuale mediũ virtut hoc ip̄e dñs ſicut ꝛ oĩa alia fecit ad cõem hoĩm ſalutem ex pl'ib' cauſ. Primo vt ſuo exẽplo doceret fideles ꝙ eis licitũ eſſet talibus vti dũmõ h̄ faciunt tpate ꝛ cũ grãꝝ actõe ꝛ debit tpibus ꝛ loc. et ſic de alijs circũſtantijs. Sciuit em̃ dñs ꝙ vẽturi erãt in mũdũ q̃ falſe ꝛ erronee dicerẽt ꝙ fideles ſolũ victu tenuiſſimo. ſ. panis et aq̃ vti deberẽt. ꝛ ꝙ peccarẽt lautius aut largius ſe reficientes. ꝛ erroꝛẽ illũ dominus ſuo exẽplo cõfutauit. cum ip̄e talibus vſus fuit. Et omnis eius actio eſt noſtra inſtructio. Immo dominus ſic cõi mõ vixit in cibis et potib: ꝙ phariſei vocabãt eũ voratoꝛẽ ꝛ potatoꝛẽ vini. Itẽ domin' iuſſit ap'los talibus vti cũ p̄dicatum irẽt. qꝛ Luc. x. dixit eis. Comedite que apud eos ſunt. volens vt comederẽt que eis apponerentur. Scdõ ne aliq̃ volentes xp̄m ſeq̃ ĩ hoc ſe deſtruerẽt p paucitatẽ ꝛ ſimplicitatẽ victus. aut ne alij nõ potentes cũ in hoc ſequi forte deſperarent. Si em̃ dñs tam durã vitã exterioꝛẽ duxiſſet ſicut ioh̄es multi volentes eũ in hoc ſeq̃. et ſe ſue vite cõfoꝛmare poſſent ſe cito deſtruere ꝛ inutiles facere. Et alij nõ potentes tam durã et aſperã vitã tolerare poſſent deſpare de vita eterna cũ viderẽt chriſtũ ĩ tã aſpa vita eos p̄ceſſiſſe in q̃ eũ ſeq̃ ñ poſſent. Dñs g̃ q̃ venit vt oẽs ad ſe alliceret. larioꝛẽ duxit exterioꝛẽ vitã ꝛ cõmunẽ ceter hoĩb cõfoꝛmẽ vt oñderet fidelibus etiã iſtã ad ſalutẽ pficere ꝛ deo placere dũmõ fuerit debite pacta. et in his que licita ſunt atq; pmiſſa. et vt oſtenderet ꝙ vſus taliũ licitoꝝ nõ repugnat pfectõni. vt aliq̃ putare poſſent. imo ꝙ aliq̃bus melioꝛ eſt et plus conferens ad pfectionẽ virtutum q̃ꝫ abſtinentia a talibus. et nimis dura dat̃ vita dũmõ talib vtentur ſobrie et tpate et non pro voluptate ſed pro neceſſitate nature ſue. Propter quod dicit beatus Bernard'. Damnamus cibos ſaginatos quaſi non melius ſit exiguo ſagimine ſobrie ad vſũ veſci: q̃ꝫ ventoſo legumine vſq; ad ructum ſaturari. Eſau enim ñ de carne: ſed de lente repreh̄enſus eſt. Et ionathas de guſtu mellis non carnis moꝛti adiudicatus.

eſt. Et adam de comeſtiõe pomi
nõ vituli ſaginati condemnatus
eſt. Subdit. Melioꝛ videt̃ varijs
pellibꝰ inuoluta hũilitas q̃z vilit̃
tunicata ſupbia. ꝛ nihil eſt penitꝰ
replere faba ventrẽ ꝛ murmura-
re mẽte. Siľr dicit btũs Aug. ſup
illo Ro. xiiij. Noli ppt̃ eſcã dſtrue
re opus dei. oĩa q̃dẽ mũda ſunt.
K Tercio ppt̃ hoc dñs duxit
cõem vitã exterioꝛẽ ſed excellẽtiſſi
mã inrioꝛẽ. vt p h̃ doceret fideles
vt nõ ſtarẽt ſolũ in exterioꝛibꝰ. ſed
vt eis eſſ3 magis cura de animi v̾
tutibꝰ et interioꝛibꝰ actibꝰ bõis q̃z
de exterioꝛibꝰ cerimonijs ꝛ coꝛpa
libꝰ exercitijs. Nã in v̾tutibꝰ et in
interioꝛibꝰ actibꝰ bonis ꝯſiſtit pn
cipal'r meritũ noſtꝝ ꝛ ſalꝰ. cerimo
nie v̾o exterioꝛes ꝛ coꝛpales exerci
tatões in ieiunijs et vigilijs ꝛ cete
ris hmõi ſunt tm̃ ad obtinẽdas ꝛ
ꝯſuãdas v̾tutes oꝛdiate. ꝛ ñ ſunt
bone niſi inq̃ntũ ꝯferũt ad eaſ ob
tinẽdas. aut inq̃ntũ pcedũt ꝛ im-
pant̃ ab actibꝰ interioꝛibꝰ bonis.
Debemꝰ igit̃ pncipal'r itẽdere ad
opa interioꝛa bona ꝛ ad v̾tutes. ꝛ
nõ ſtare ſolũ in exterioꝛibꝰ cerimo
nijs ꝛ exercitijs coꝛpalibꝰ. Cuiꝰ cõ
trariũ m'lti faciũt q̃ putãt ſe ſctõs
cũ coꝛpꝰ affligũt ieiunijs vigilijs
ꝛc. et inſiſtũt exr̃ioꝛibꝰ ſolũ. et non
purgãt coꝛ a vicijs. nec mentez oꝛ
nãt v̾tutibꝰ. ſed ſunt iracũdi. inuidi
ſupbi detractoꝛes. vaniloq̃. iniuſti.
ꝛ cete꜄ vicijs irretiti. ꝛ ſic ſũt ſimi
les ſcribis ꝛ phariſeis q̃ exr̃ioꝛibꝰ
obſ̾uãtijs fuerũt culti. ſ3 interius
vacui v̾tute. ſicut teſta ſine nucleo
Et h̃ bñ oñdit euãgeliũ cũ ꝯſeq̃n
ter dicit [Et murmurabãt ſcribe ꝛ
phariſei dicẽtes. Quia hic pctõꝛes
recipit et mãducat cũ illis ] Sup-
bi nãq3 phariſei putãtes ſe iuſtos
ꝯdẽnabãt alios ꝛ dñm iudicabãt
notãtes eũ de mala vita eo ꝙ pec
catoꝛibꝰ amabilem ſe p̃bebat. Ex
quo habet̃ ſm Greg. ꝙ vera iuſti-
cia cõpaſſionẽ habet. falſa v̾o dedi
gnatõem. Et q̃zuis iuſti ſolẽt pec
catoꝛibꝰ aliq̃n iuſte indignari. hoc
tñ faciũt zelo diſcipline. ꝛ cũ foꝛis
increpãtes p diſciplinã exaggerãt
intꝰ dulcedinẽ p charitatẽ ſ̾uant.
Ecõtra aliq̃n hi q̃ de falſa iuſticia
ſupbire ſolẽt ceteros q̃ſq3 deſpici
unt. nulla infirmãtibꝰ miſicoꝛdia
ꝯdeſcẽdũt. ꝛ q̃ ſe pctõꝛes eẽ nõ cre
dũt eo deterioꝛes fiũt. De q̃ꝝ nũe
ro fuerũt phariſei q̃ pctõꝛes cõtẽ-
pſerũt. et iudicabãt dñm eo ꝙ pec
catoꝛes ſuſcepit et ſe eis amicabilẽ
exhibuit. ꝛ quia egri erãt ꝛ ſe egroſ
foꝛe ignoꝛabãt. dñs eiſ p duas pa
rabolas rñdet. quibus eis oſtẽdit
ſe pro peccatoꝛibꝰ de celo deſcẽdiſ
ſe. et ideo eos penitẽtes debere re-
cipe. ppter quos decreuit ſe hũilia
re et alioꝝ3 pfectibꝰ congaudere.
Dixit eñ primo. [Quis ex vobis
homo qui habet centu3 oues ꝛc. ]
Sic dñs et ſaluatoꝛ noſter centũ
oues habuit cum ab initio ratio-
nalem creaturã angelos et hoĩes
creauit. ſed vna ouis perijt quan-
do totũ humanũ genus per pec-
catum primi parẽtis ſtatũ inno-
centie perdidit. Ad hanc ouem iuit
et eam inuentam humeris ſuis ĩ-
poſuit quãdo carne aſſumpta in-
ter homĩes conuerſatꝰ ẽ et p om-
niũ peccatis ſatiſfecit. Et inuenta
oue. id ẽ reparato homine ad do-
mum redijt. cum in die aſcenſio-
nis in celum aſcendit. et cõuocãs

amicos et vicinos. i. āgelos q̄ ſūt eius amici. eo ꝙ volūtatē ei⁹ ſemꝑ faciūt. et ſunt ei⁹ vicini. qꝛ continue eius viſiōe fruūť. Jllos cōuocauit cū eos ſibi aſcēdenti occurrere fecit. et ſctīs angeľ occurrētibuſ dixit. Congratulamī mihi qꝛ īueni ouē q̄ ꝑierat. Dico aūt vobiſ ꝙ ita gaudiū eſt in celo ſuꝑ vno peccatore pnīaꝫ agēte q̄ꝫ ſuꝑ nonagītanouē iuſtis q̄ ñ īdigēt pnīa. Cur autē angeli magis gaudeāt de pctōꝛibus ꝯuerſis q̄ꝫ iuſtis ſtātibus nō eſt ꝑpter pctm̄ cōmiſſum. ſed ex hoc qꝛ ex pctis cōmiſſis ſepe hūilioꝛes efficiūť ꝛ ſanctioꝛes. ꝛ in bono feruētioꝛes. Nota ꝙ caritas mouet habentē eā ad diligēdū om̄e qđ poteſt cū eo cōmūicare in btitudine. ꝛ qꝛ angeli ſūt in gr̄a ꝯfirmati et nos poſſum⁹ ꝑticipare vitā etnā. igiť diligūt nos ad eā et volūt nobis oīa q̄ diſponūt nos et iuuāt ad eā ꝑcipiendū. Et qꝛ pnīa eſt hmōi. et qꝛ ꝑ eā remouenť pctā q̄ excludūt a regno. igiť cū vident hoīes penitere gaudent Jtē etiā gaudent de iuſtꝭ. Sꝫ diceret aliq̄s. q̄re magis de pctōꝛibus penitētibꝫ q̄ꝫ de iuſtis ſtantibꝫ. Reſpondeť ꝙ nō ſꝑ magis gaudent de pnīa pctōꝛis q̄ꝫ de iuſticia iuſti ſed ſepe ita fit. Vñ notandū ꝙ q̄nto maius ī bonis ē bonū ꝟtutꝭ et opationū ſctāꝝ q̄bꝫ diſponūť ad vitā. tāto magis h̄ diligunt ꝛ đ eo gaudent. ſꝫ pctis maioꝛibꝫ obnoxij poſt cōuerſiōem ꝑ pniam hūilioꝛes fiūt ꝛ ī bono feruētioꝛes. ḡ ꝛc̄. Scđo notādū ꝙ Gre. ī omeľ. triplices diſtinguit hoīes. q̄dā ꝛc̄. De q̄bꝫ loq̄ť cū dic̄. Plerūq̄ꝫ taleſ ſūt q̄ magna pctā. et de iſtis loq̄ť vt dic̄t. ecōtra nōnūq̄ꝫ ꝛc̄. ꝛ taľ penitens fuit maria magdalēa q̄ taꝫ intēſam diſplicētiā habuit de pec catis ſuis et tā feruēter amauit. et tā freq̄ns fuit. et tā cōtinua poſterius ī magnis ꝛ arduiſ bonis opꝑibꝫ ꝙ ipa ī vita ſua plus ꝑfecit ī ꝟtutibꝫ et meritis q̄ꝫ mlťi iuſti q̄ ducūt cōem vitā. et iō angeli pl⁹ gaudebāt de ea. Tercij ſūnt iuſti et penitētes ꝛc̄. de q̄bꝫ loq̄ť Gre. cōſeq̄nter. et taľ fuit iohēs q̄ tā ſctūs fuit ꝙ nūq̄ꝫ peccauit moꝛtaľꝛ. ꝛ tñ tā aſperā duxit vitā q̄lē null⁹ ali⁹ penitēs vt p̄miſſum fuit ꝛ cū h̄ tñ ꝑfect⁹ fuit in ꝟtutibꝫ ꝙ dñs ſibi teſtimoniū ꝑhibuit dicēs. Jnť natos mulieꝝ nō ſurrexit maioꝛ iohāne baptiſta. Vñ Gre. in omelia Plerūq̄ꝫ hi q̄ nullis ſe oppſſos pctōꝝ molibꝫ ſciūt ſtāt q̄dē in via iuſticie. nlľa illicita ꝑpetrāt ſed tñ ad celeſtē patriā anxie nō anhelāt tātoq̄ꝫ ſibi in rebꝫ licitis vſū p̄bēt q̄nto ſe ꝑpetraſſe illicita nlľa meminerūt. ꝛ plerūq̄ꝫ pigri remanēt ad exercēdū bōa p̄cipua. qꝛ valde ſibi ſecuri ſunt ꝙ nulla ꝯmiſerunt mala ḡuioꝛa. Ecōtra nōnūq̄ꝫ hi q̄ ſe aliq̄ illicita egiſſe memineꝛt ex ipo ſuo doloꝛe cōpūcti inardeſcūt ad amoꝛē dei. ſeſeq̄ꝫ ī magnis ꝟtutibꝫ exercēt. oīa mūdi đrelinq̄ūt. honoꝛes fugiūt. acceptis ꝯtūelijs letanť. flagrāt deſiderio. ad celeſtē patriā anhelāt. ꝛ qꝛ ſe erraſſe a đo ꝯſiderāt. dāna p̄cedētia lucrꝭ ſeq̄ntibꝫ recōpēſant. Magꝭ ḡ đ tali peccatoꝛe cōuerſo q̄ꝫ đ ſtāte iuſto gaudiū fit ī celo. et qꝛ dux ī ꝑlio plus eū militē diligit qui poſt fugā ṙuerſus hoſtem foꝛtiter p̄mit q̄ꝫ illum q̄ nunq̄ꝫ terga p̄buit ꝛ nūq̄ꝫ aliq̄d

fortiter fecit. Sic et agricola illaꝫ
ampli⁹ terrā amat q̄ poſt ſpinas
vberes fruges ꝓfert q̄ꝫ eā q̄ nūq̄ꝫ
ſpinas habuit et nūq̄ꝫ fertilē meſ
ſem ꝓducit. M Sꝫ nota ꝙ
q̇dā ſunt iuſti de q̄ꝝ vita tātū gau
diū eſt in celo vt eis nulla pctōꝝ
penitētia ꝑponi pōt. Nā mlti nul
loꝝ maloꝝ ſibi ſunt cōſcij. et tn̄ ſe
affligūt ac ſi pctis oīb⁹ anguſtent̄.
cuncta etiā licita deſpiciūt. ad de/
ſpectū mūdi ſublimit̄ accedūt. bo
na ſibi amputāt etiā cōceſſa cōtem
nūt. ꝑ viſibilia inuiſibilib⁹ accēdū
tur. lamētis gaudēt. ī cūctis ſemet
ip̄os hūiliāt. ⁊ ſicut nōnulli pecca
ta opeꝝ. ſic ip̄i pctā cogitationū de
plorāt. Quid illoſ niſi ⁊ iuſtos di
xerim ⁊ penitentes. q̇ ſe in pnīa ⁊
de pctō cogitatōis hūiliāt. et recti
in ope ſꝑ ꝑſeuerant. Quātū ḡ gau
diū in celo facit qn̄ hūilit̄ iuſt⁹ plā
git ſi facit in celo gaudiū qn̄ h̄ qđ
male geſſit ꝑ pnīaꝫ dānat iniuſt⁹.
Seq̄t̄ ſcđa ꝑabola. ꝑ quā idē qđ ꝑ
p̄cedentē ſignat̄. Vn̄ ſicut pri⁹ ꝑ
paſtorē ſic nunc ꝑ mlierē ſign̄t̄ chri
ſtus dei fili⁹. q̇ ē ſapiētia pr̄is. qui
[ decē dragmas ] habuit. i. totā cre
aturā in nouē choros angeloꝝ ⁊ ī
hūanū genus diſtinctū. quā a p̄n
cipio ſui capacē fecit. ⁊ ad ſui ima/
ginē et ſilitudinē creauit. et mō ꝑ
dragmā ſic ꝯgrue ſignificāt̄. Quia
vt dicit glo. interlinear̄. Dragma
eſt num⁹ certe q̄ntitatis reg̃ ima
gine inſignitus. Vnā aūt dragmā
ꝑdidit cuꝫ hūanū genus ꝑ lapſuꝫ
primoꝝ ꝑentū a ſtat⁹ ſui integri/
tate corruit. et mlier lucernā accen
dit qn̄ dei filius hūanā naturā aſ/
ſumpſit. Lucerna eīm ignis eſt in
teſta. et lumen in teſta eſt diuitas
in carne. Hec lucerna luxit quan
do xp̄s inter hoīes ꝑfecta ꝯuerſa/
tione ⁊ doctrina et ſocietate ange
lica q̄ cōgaudēt de pctōrib⁹ ad de
um cōuerſis vt dictū fuit prius. ⁊
miracloꝝ oꝑatōe claruit. ⁊ totam
domū euertit qn̄ cōſciaſ hominū
de reatu peccatoꝝ purgauit. Et cū
inuenerit cōuocat amicos ⁊ vici/
nos. i. angelicas ſocietates q̄ con/
gaudēt de pctōrib⁹ ad deū ꝯuert̄
vt dictū fuit p̄us. ⁊ q̇ de ꝓxio deū
cōtemplāt̄ di. Cōgratulami mihi
oēs qꝛ inueni dragmam quā ꝑdi.
Ita dico vobis gaudiū ⁊c. vt p̄us
Et dicit notanter pnīam agēte. et
nō dicit cogitāte ſolū aut dicente.
aut ſolū oſ̄dente vt hypocrite. ſꝫ
agente. ⁊ ad h̄ req̄rit̄ abiectio volu
ptatū. Vn̄ Chryſ. in de cōpūctōe
cordis. Sicut īpoſſibile eſt ignem
accēdi in aq̄. ita īpoſſibile ē pnīam
agere ī delicijs. ꝯtraria eīm ſibi ĭn/
uicē ſunt et ꝑemptoria

Dn̄ica q̄rta poſt trinitatis
Sermo lvi.

e Stote miſe
ricordes ſic̄ et pr̄ vr̄ mi/
ſericors ē Lu. vi. ¶
De illa p̄ma ꝑticula mō nihil. ſed
